 M. Christophori Laurmanni.

Liber canonis primus quez princeps aboali abin sceni de medicina edidit. translatus a magistro Gerardo cremonensi in toleto ab arabico in latinuz. Verba aboali abinsceni.

In primis deo gratias agamus sicut sui ordinis celsitudo et beneficij ipsius multitudo meretur cuius misericordie super omnes prophetas existunt.

Et post dicam quod quidam de melioribus amicis quos habere videor cui in omnibus pro quibus me deprecatus fuerit satisfacere debeo de re quam possuz: me rogauit vt ei librum de medicina faciam: eius regulas vniuersales et particulares taliter comprehendentem: vt explanatio cum breuitate in eo coniungatur: et secundum plurimum afferam quantum est afferendum de declaratione in verbis paucis. Quod equidem concessi. Et mihi placuit vt in primis loquerer de rebus communibus et vniuersalibus vtriusque partis medicine theorice vz et practice. Postea vero loquar de vniuersalibus iudicio et virtutum medicinarum simplicium. et post hec de particularibus eorundem deinde loquar de egritudinibus que in vnoquoque contingunt membro. Prius tamen incipiam ab anatomia illius membri et eius iuuamento. De anatomia n. simplicium membrorum: et similiter iuuamentis in libro primo vniuersaliter iam tunc locutus ero. Cum autem membri anatomiam consumauero in quamplurimibus locis demonstrare incipiam quomodo eius conseruetur sanitas. Deinde sermone absoluto ostendam eius egritudines vniuersales et causas et semitas cognoscendi eas: et vias eas medicandi in sermone etiam vniuersali. Postquam autem has res vniuersales expleuero ad egritudines redibo particulares: et in quamplurimibus earum etiam demonstrabo in primis iudicium vniuersale in eius diffinitione et ipsius causis et significationibus. Deinde ad iudicia reuertar particularia. Post ostendam regulam vniuersalem in medicando. Deinde descendam ad medicandum particulariter cum vnaquaque medicina simplici aut composita. Ad illud autem quod prius dicam de iuuamentis medicinarum simplicium: in egritudinibus in libro medicinarum simplicium in tabulis pictis: quas bonum est fieri: sicut in discipline modo aspicies cum ad ipsum peruenies non reuertar ad dicendum nisi modicam rem.

De medicinarum quoque compositarum que mihi videbuntur in antidotario melius ponende iuuamentis et quomodo misceantur vsque ibi loqui dimittam.

Placet autem mihi vt postquam hunc librum consumauero: alium librum componam de rebus particularibus in quo sit proprietas nominandi egritudines: que cum accidunt non sunt vni eidem membro proprie: in quo etiam de pulchritudine loquemur: et vt in hoc libro eo calle procedam quo in libro particulari quem ante ipsum processi. Quod si mihi deus auxiliatus fuerit et hunc consumauero librum addam postea in vno libro antidotarium. Non est autem bonum vt huius libri plurimum non sit apud vnumquemque et in eius memoria qui huius doctrine nomine vocari et per eam lucrari desiderat: minus namque quod medico necessarium est: comprehendit. Quod vero super ipsum additum est: incomprehensibile est. Quod si deus meum prolongauerit terminum: et secunda successerit fortuna. me ad alia preparabo. Nunc autem hunc componam librum: quem in quinque sic diuidam libros.

Liber primus est de rebus vniuersalibus scientie medicine.
Liber secundus est de medicinis simplicibus.
Liber tertius est de egritudinibus particularibus que fiunt in membris hominis a capite vsque ad pedes manifestis et occultis.
Liber quartus est de egritudinibus particularibus que cum accidunt non sunt vni membro proprie et de decoratione.
Liber quintus est de componendis medicinis et ipse est antidotarium.

Libri primi sunt quatuor fen.

Fen prime sunt sex doctrine.

Doctrine prime sunt duo capitula.

Doctrine secunde est vnum capitulum.

Doctrine tertie sunt tria capitula.

Doctrine quarte sunt duo capitula.

Doctrine quinte est vnum capitulum et quinque summe.

Summa prima est de ossibus cuius sunt .xxx. capitula.

Caplm.x.est de causis dislocationis.
Caplm.xj.ē de causis malicie vicinitatis cū ꝓpinqtate
Caplm.xij.ē de causis malicie vicinitatis cū elōgatiōe
Caplm.xiij.est de causis motuum non naturalium.
Caplm.xiiij.ē de causis augmēti quātitatis ⁊ numeri.
Caplm.xv.est de causis diminutionis.
Caplm.xvj.est de causis solutionis continuitatis.
Caplm.xvij.est de causis vlceris.
Caplm.xviij.est de causis aposthematuꝫ.
Caplm.xix.est de causis doloris absolute.
Caplm.xx.est de causis vniuscuiusqꝫ dolorum.
Caplm.xxj.est de causis sedandi dolorem.
Caplm.xxij.est de eis que proueniunt ex dolore.
Caplm.xxiij.est de causis deliciarum.
Caplm.xxiiij.ē de causis qūo ex motu ꝓuenit dolor.
Caplꝫ.xxv.ē d̄ cāis qūo ꝓueīt dolor ex hūorib⁹ malis
Caplm.xxvj.ē d̄ causis qūo ꝓuenit dolor ex vētositate
Caplm.xxvij.est de causis retentionis ⁊ inanitionis.
Caplm.xxviij.est de causis fastidij ⁊ repletionis.
Caplm.xxix.est de causis debilitatis membrorum.

Doctrine vero tertie: fen secunde: sunt.xj.capitula: ⁊ due summe.

Caplm.j.sermo vlis est de accidētibus ⁊ significatōib⁹
Caplm.ij.est de signis differentie inter egritudines proprias ⁊ que sunt in communitate.
Caplm.iij.est de signis complexionum.
Caplm.iiij.est de comprehensione signorum equalis complexionis.
Caplm.v.ē de signis eius q egredit̄ ab eq̄litate supflue
Caplm.vj.est de signis significantibus repletionem.
Caplm.vij.est de signis quibus significatur quando qlibet humorum est superans.
Caplm.viij.est de signis significantibus opilationem.
Caplm.ix.est de signis significantibus ventositates.
Caplm.x.est de signis significantibus aposthemata.
Caplm.xj: ē: de signis significātib⁹ solutōeꝫ ꝯtinuitatis.

Summa prima: doctrine tertie: fen secunde: est d̄ pulsu: cuius sunt.xix.capitula.

Caplm.j.est locutio vniuersalis de pulsu.
Caplm.ij.est de pulsu equali ⁊ inequali.
Caplm.iij.est de speciebus compositi pulsus.
Caplm.iiij.est que ex speciebus pulsus sit naturalis.
Caplm.v.est de causis specierum pulsus.
Caplm.vj.est de eis que faciunt causas retentiuas in suis diffinitionibus.
Caplm.vij.est de pulsu etatum masculoruꝫ ⁊ feminaꝝ
Caplm.viij.est de pulsu complexionum.
Caplm.ix.est de pulsu temporum.
Caplm.x.est de pulsu regionum.
Caplm.xj.est quid operetur in pulsu quod comeditur ⁊ bibitur.
Caplm.xij.quid agat somnus ⁊ vigilia in pulsu.
Caplm.xiij.est de iudicijs pulsus exercitij.
Caplm.xiiij.est de iudicijs pulsus coꝝ q balneati sunt.
Caplm.xv.est de pulsu qui est mulierum proprius ⁊ ē pulsus pregnantium.
Caplm.xvj.est de pulsu dolorum.
Caplm.xvij est de pulsu aposthematum.
Caplm.xviij.est de iudicijs pulsus accidentiuꝫ aīaliuꝫ
Caplm.xix.est de mutationibus reruꝫ que sunt contra naturam ⁊ forma pulsus cum sermone vniuersali.

Summa secunda est de vrina ⁊ egestione: cuius sunt.xiij.capitula.

Caplm.j.est sermo vniuersalis de vrina.
Caplm.ij.est de signis colorum vrine.
Caplm.iij.est de signis substantie vrine ⁊ qualitate ei⁹.
Capm.iiij.est de signis odoris vrine.
Caplm.v.ē de significatōibus que colligunt̄ ex spuma
Caplm.vj.est de significationibus specieꝝ hypostasis
Caplm.vij.est de significationibus multitudinis vrine ⁊ ipsius paucitatis.
Caplm.viij.ē sūma sermonis de vrina digesta sanatiua
Caplm.ix.est de vrina etatum.
Caplm.x.est de vrina virorum ac mulierum.
Caplm.xj.est de rebus vrine animalium ⁊ quomodo est diuersa ab vrina hoīs quibus probantur medici.
Caplm.xij.est de rebus liquidis que vrine similes existunt ⁊ differentia inter eas ⁊ inter vrinam.
Caplm.xiij.est de significationibus egestionis.
Capitula ergo fen secunde sunt nonagintanouem.

Fen autē tertie est capitulū vnū. ⁊ doctrine qnqꝫ

Capitulū singulare ē de causis sanitatis ⁊ egritudinis ⁊ necessitate mortis.
Doctrina prima est de nutritione.
Doctrina secunda est de regimine cōmuni albaleghin
Doctrina tertia est de regimine senum.
Doctrina quarta ē de regimine cuiuslibet corporis cuius complexio non est bona.
Doctrina quinta est de mutationibus.

Doctrine prime que est de nutritione sunt quatuor capitula.

Caplm.j.est de regimine infantis ex quo nascitur vsqꝫ quo incipit ambulare.
Caplm.ij.est de regimine ablationis mamille ⁊ ante.
Caplm.iij.ē de egritudinibus que accidunt infantibus
Caplm.iiij.est de regimine infantium cum peruenerint ad pueritiam.

Doctrina secūda est de regimine qd̄ est commune albaleghin cuius.xvij.sunt capitula.

Caplm.j.est summa sermonis de exercitio.
Caplm.ij.est de speciebus exercitij.
Caplm.iij.est de hora incipiendi exercitium ⁊ mensurandi ⁊ ordinandi ipsum.
Caplm.iiij.est de fricatione.
Caplm.v.est de balneatione ⁊ nominatione balneorū.
Caplm.vj.est de ablutione cum aqua frigida.
Caplm.vij.est de regimine comestionis.
Caplm.viij.est de regimine aque ⁊ vini.
Caplm.ix.est de somno ⁊ vigilia.
Caplm.x.ē de eo quod oportet vt postremetur ab hoc loco.
Caplm.xj.est de confortandis membris debilibus.
Caplm.xij.ē de lassitudine que sequitur post exercitiuꝫ.
Caplm.xiij.est de alicibus ⁊ oscitationibus.
Caplm.xiiij.ē de medicatōe lassitudinis exercitialis.
Caplm.xv.est de alijs dispositionibus que exercitium sequuntur ⁊ alijs.
Caplm.xvi.est de medicatōe lassitudinis q̄ p̱ se accidit
Caplm.xvii.est de regimine corporum quorum complexiones non sunt bone.

Doctrina tertia est de regimine senuꝫ cuius sunt sex capitula.

Caplm.i.est sermo vniuersalis de regimine senum.
Caplm.ii.est de comestione senum.
Caplm.iii.est de potu senum.
Caplm.iiii.est de apertione opilationis senum.
Caplm.v.est de fricatione senum.
Caplm.vi.est de exercitando senes.

Doctrina quarta est de regimine cuiuslibet corporum quoꝝ complexio non est bona cuius sunt quinqꝫ capitula.

Caplꝫ.i.ē d̄ rectificatōe ꝯplexiōis cui⁹ calitas ē supflua

Omnia igitur capitula huius primi libri sunt ducentuinsexagintatria.

¶ Capitulum primum Fen prime doctrine prime libri primi de diffinitione medicine.

Dico ꝙ medicina est scientia qua humani corporis dispositiões noscuntur ex parte qua sanatur: vel ab ea remouet̄ vt habita sanitas ꝯseruet̄: ⁊ amissa recuperet̄. Potest aūt aliqs dicere ꝙ medicina diuidit̄ i theoricā ⁊ practicā: sꝫ tu totā ipsaꝫ posuisti theoricā: cum dixisti ꝙ est scientia. Nos autē respōdebimus tūc ⁊ dicemus ꝙ artiū quiddā ē qđ ē theorica ⁊ practica. ⁊ đ philosophia ꝙ ē theorica ⁊ practica: ⁊ đ medicina dicit̄ ꝙ est theorica ⁊ practica. In vnaquaqꝫ autē harum diuisionū aliud volum⁹ dicere cum dicimus theoricā: ⁊ aliud cum dicim⁹ practicaꝫ: nō tñ nobis necesse est declarare diuersitatē que inter eas existit nisi in medicina. Cum ergo de medicina dixerimus ꝙ eius ē theorica ⁊ ex ea ē practica. Non ē existimādū ꝙ velimus dicere ꝙ vna diuisionū medicine est scire: ⁊ altera operari: queadmodū multi hūc locū perscrutātes existimāt. Sed debes scire ꝙ illđ quod volumus ē aliud: ⁊ ꝙ nulla duarū diuisionū medicine ē nisi scientia: sed vna earum ē ad sciēdū pricipia: ⁊ altera ad sciendū operādi q̄litatē. Post vero primā eaꝝ noie sciētie aut theorice appropriauimus: ⁊ alteraꝫ appropriauimus noie practice. Per theoricā vero ipsius volumus ꝙ quādo eā sciuerimus sciētiaꝫ: tantū acquiremus: ita ꝙ i declaratione qualitatis operatiōis nos nō imittemus: sicut dicit̄ i medicina ꝙ genera febriū sunt tria. ⁊ cōplexiones sunt nouē. Et ꝑ practicā ipsius volumus non operationē i effectu: neqꝫ laborem motionum corporeaꝝ: sed diuisionē operationis medicine: que cuꝫ eam sciuerimus auxiliabit̄ nobis ad inquirendū scientiam vel sententiam: ⁊ ipsa scientia erit in qualitate operationis. Sicut dicitur in medicina ꝙ apostematibus calidis adhibenda sunt in principio que repellant ⁊ infrigident ⁊ inspissent: ⁊ postea repellentia cuꝫ resoluentibus tēperabimus. Et post statuꝫ postea in declinatione sufficienter mollificātia resoluentia. Preter in apostematibus que sunt de materijs quas membra expellunt principalia. Hec igitur doctrina in sentētia tibi auxiliatur. Et hec scientia est declaratio qualitatis operationis. Cumqꝫ duarum diuisionum qualitatem sciueris iam scientiaꝫ scientialem. ⁊ scientiam operatiuam adeptus eris ⁊ si nunqꝫ operatus fueris. Neqꝫ etiā aliquis dicere potest ꝙ dispositiones corporis humani sunt tres egritudo sanitas ⁊ dispositio que non est sanitas neqꝫ egritudo: cum tibi due suffecerint. possibile nanqꝫ ē vt cum huiusmodi dictor bene considerauerit nō iueniat vnā duarum rerum affirmantem hanc trinitatem neqꝫ negantē. Amplius si hec trinitas necessaria fuerit qđ diximus tibi remoueri a sanitate colliget infirmitatem. ⁊ dispositioneꝫ tertiam. quā non habere sanitatis diffinitionem posuerunt: que est habitus aut dispositio ex qua operationes subiecti ipsius sane proueniūt. Neqꝫ huius diffinitionis oppositum nisi sanitatem diffinierint queādmodum desiderauerint ⁊ posuerint in ea cōditionem qua non indiget. Preterea cum medicis in hoc non litigemus. Neqꝫ enim sum qui cum eis in huiusmodi disputare debeam. Neqꝫ litigiū hoc eis neqꝫ illis ꝙ ꝯtra eos sunt i medicina auxiliabit̄: huius enī rei certitudo alterius doctrine pricipijs ptinet.

¶ De subiectis medicine. Capitulū secundum.

Quoniam medicina corpus humanū ex parte vnde sanatur ⁊ a sanitate remouet̄ cōsiderat. ⁊ cuiusqꝫ rei sciētia nō acquiritur neqꝫ cōpletur cum cās habuerit nisi per sui causas sciatur: ergo debemus in medicina scire sanitatis ⁊ egritudinis causas. Et qa sanitas ⁊ egritudo ⁊ earum cause plerūqꝫ sunt manifeste: plerunqꝫ occulte. que non sensu neqꝫ nisi per significationes accidentium comprehenduntur. Debemus etiam in medicina scire accidentia que in sanitate accidunt ⁊ egritudine. Jam autem declaratum fuit in scientijs veridicis ꝙ rei scientia non acquiritur nisi per sciētiam causarum ⁊ principiorum ipsius si causas habuerit ⁊ pricipia aut non completur nisi ex parte sciendi eius accidentia ⁊ concomitantia essentialia. Causarum vero quatuor sunt species: materiales efficientes: formales ⁊ finales. Cause vero materiales posite i quibus sanitas ⁊ egritudo mensurantur: sunt: subiectum quideꝫ propinquum membrum aut spiritus: ⁊ subiectum quidem longinquum humores: ⁊ eis longiora sunt elemēta. Et hec duo sunt subiecta secundum compositionē: licet sint cum alteratione. In cuiusqꝫ autem rei compositione ⁊ alteratione que sic componitur ad aliquā huiusmodi peruenitur vnitateꝫ. Et hec vnitas ad quā huiusmodi reuertitur multitudo: aut ē complexio: aut forma. complexio vero est secundum alterationem. ⁊ forma secundum compositionem. Efficientes auteꝫ cause sunt cause permutantes ⁊ conseruantes humani corporis dispositiones sicut sunt aeres ⁊ que eis continuantur: ⁊ comestiones: ⁊ aque ⁊ potus ⁊ que eis continuant̄: ⁊ euacuatio: ⁊ retētio: ⁊ regiones: ⁊ ciuitates: ⁊ loca habitabilia ⁊ que eis continuant̄: ⁊ motus ⁊ quietes corporei ⁊ animales. ⁊ ex eis sūt somnus ⁊ vigilie: ⁊ alteratio in etatibus: ⁊ diuersitas in eis: ⁊ in generib⁹: ⁊ in artibus: ⁊ in moribus: ⁊ in rebus que in humano superueniunt corpore ipsum tangentibus siue sint cōtra naturam: siue non sint contra naturam. Formales vero cause sunt complexiones ⁊ virtutes que post eas eueniunt ⁊ compositiones. Cause autē finales sunt operationes. Et in scientia quidem operationum est scientia virtutum proculdubio. ⁊ scientia spirituuꝫ qui sunt virtutum subiecta quemadmoduꝫ nos declarabimus. Hec ergo sunt subiecta doctrine medicialis. Unde aliquis iquirit de corpore humano quomodo sanatur aut infirmatur. Huius autem inquisitionis perfectionem scilicet vt sanitas conseruetur ⁊ egritudo remoueatur: oportet etiam habere partes secundum istarum duarum dispositionum ⁊ suorum instrumentorum causas. Et huiusmodi quidem causa est regimen cum comestione ⁊ potu: ⁊ electio aeris: ⁊ mēsura motus ⁊ quietis ⁊ medicatio cum medicina: ⁊ medicatio manualis. hoc autem totum apud medicos est secundum tres species: sanorum: ⁊ egrorum: ⁊ mediorū quos modo nominauimus: ⁊ dicemus quomodo inter duas diuisiones inter quas proculdubio non ē medium media vocentur. Et postqꝫ iam diuiserimus has demonstrationes tunc iam collectum est nobis ꝙ medicina tractat de elemētis: ⁊ complexionibus: ⁊ humoribus: ⁊ membris simplicibus ⁊ compositis: ⁊ spiritibus: ⁊ virtutibus eorum naturalibus: ⁊ animalib⁹: ⁊ vitalibus: ⁊ operationibus: ⁊ dispositionibus corporis scilicet sanitate: ⁊ egritudine: ⁊ medio: ⁊ causis earū scilicet comestione ⁊ potu: ⁊ aeribus: ⁊ aquis: ⁊ regio-

nib⁹: ⁊ motibus ⁊ quietibus corporeis ⁊ animalibus ⁊ etatibus: ⁊ generibus: ⁊ extrinsecus accidētibus que corpori eueniūt ex rebus extraneis: ⁊ regimine cuȝ comestionibus ⁊ potibus: ⁊ medicinis: ⁊ manuum operationibus ad sanitatem conseruandā: ⁊ vnanquāq; egritudinem medicandam. Harum vero reruȝ quedam sunt de quibus medico nihil aliud ē agendum nisi vt quid sint tantum essentiali formatione informet: ⁊ vtrum sint vel non sint doctori sapientie physicalis credat. Et earum sunt de quibus in sua arte ratiocinari debet. Que ergo earum sunt sicut principia vtrū sint vel non sint credere debet. Scientiarum nanq; particularium principia credita recipiuntur. Et ī alijs sciētijs que secundum ordineȝ sunt ante eas ratiocinātur: ⁊ ita fit donec scientiarum omnium principia ad philosophiam primam que metaphysica nuncupatur eleuētur. Cumq; aliquis medicorum loqui īceperit ⁊ affirmare elementa ⁊ complexionem ⁊ que ista sequūtur eis que scientie naturalis subiecta existūt egressus fuerit errabit ideo ꝙ in scientiam medicine mittit quod ei⁹ non est. Et errabit quia se aliquid declarasse existimabit cum nihil declarauerit. Eius vero de quo medicus formare debet quid sit: ⁊ vtrum sit vel non sit cuius esse non est manifestum: credere hec est summa. Elementa an sint: ⁊ quot sint: ⁊ quomodo sint ⁊ que sint: ⁊ complexiones que sint: ⁊ quot sint: Et humores an sint: ⁊ quot sint: ⁊ quomodo sint. Et virtutes vtruȝ sint: ⁊ quot sint. ⁊ spiritus vtruȝ sint: ⁊ quot sint: ⁊ vbi: ⁊ que q; mutatio habet dispositioneȝ: ⁊ eius mora habet causam. ⁊ cause quot sint: membra autem ⁊ eoruȝ iuuamēta sensu ⁊ anatomia discernere debet. Ea auteȝ de quibus formādo ratiocinari debet: sunt egritudines: ⁊ earum cause particulares: ⁊ earum signa ⁊ qualiter egritudo remoueatur: ⁊ sanitas conseruetur. Et cuiuscūq; earum esse occultum fuerit: ad illud declarādum demōstrationem afferre debet ipsum diuidendo: numerādo: ⁊ complendo. Galienus nanq; cuȝ demonstratiuā argumentationem super diuisionem primaȝ facere aggressus est: non debet aggredi inquantuȝ est medicus: sed inquantum est philosophus. In scientia eniȝ naturali debet loqui sicut alphachi: qui cuȝ affirmare aggressus fuerit quod comunitatem sequi debent: non debet loqui de hoc inquantum est alphachi: sed inquantum ipse est mutachelin medicus enim inquantum est medicus: ⁊ alphachi inquantuȝ est alphachi: non pōt ď hoc ratiocinari. ꝙ si nō: peruenienus ad circuitōeȝ.

Doctrina secūda ē de elementis cuius ē vnū Cap.

Elementa sunt corpora ⁊ sūt partes prime corporis humani ⁊ aliorum: que in corpora diuersarum formarum diuidi minime possunt ex quorum cōmixtione species diuerse generatorum fiunt. Medicus autem physico credere debet: ꝙ sunt quatuor ⁊ non plura. quorū duo sunt leuia: ⁊ duo grauia. leuia sūt ignis ⁊ aer: grauia terra ⁊ aqua. Terra est corpus simplex cuius locus naturalis in medio totius existit in quo naturaliter manet quieta: ⁊ ad ipsum cuȝ ab eo separata fuerit naturaliter mouetur. Et hec quidem eius naturalis grauitas existit. Cuius quidem natura frigida est ⁊ sicca. Ipsa eniȝ talis existit ꝙ si dimissa fuerit: neq; altera res extrinseca eam conuerterit: apparebit ex ea frigiditas sensibilis ⁊ siccitas. Eius vero esse in generatis iuuamentum prestat ad retentionem faciendam ⁊ fixionem: ⁊ ad conseruandas figuras ⁊ formas. Aqua autem est corpus simplex cuius naturalis locus est: ut sit circundans terram: ⁊ circundata ab aere cum in suis sitibus naturalibus permanserit. Et hec quidem est eius grauitas comparatiua: que frigida est ⁊ humida. s. eius natura talis existit: ꝙ si dimissa fuerit sicut est: neq; vlla causa extrinseca ei contraria fuerit: apparebit ex ea frigiditas sensibilis: ⁊ dispositio que est humiditas. ⁊ ipsa quidem est eius generatio in creatione sua que reddit eam aptam ad spargendum ⁊ extendendum pro qualibet re quāuis sit pauca. Et recipit omnem figuram que est: sed nō retinet. Cuius esse in generatis iuuamentum prestat ad figurandas formas: quas in suis diuisionibus aliqui figurare volunt: ⁊ ad figurandum: ⁊ ad lineandum ⁊ tēperandum. Humidum enim licet cito formas figurales amittat: cito tamen eas recipit: sicut siccum licet eas duriter suscipiat: duriter tamen retinet eas. Cumq; humidum ⁊ siccum se ad inuiceȝ temperauerint: adipiscetur siccum ab humido vt cito suscipiat tensionem: ⁊ facile figurari possit. ⁊ acquiret humidum a sicco vt retineat firmiter quod ī eo accidit ex rectificatione ⁊ equatione. Et propter humidum prohibetur siccum a sua separatione: ⁊ propter siccum prohibetur humiduȝ a sua fluxibilitate. Aer auteȝ est corpus simplex cuius naturalis locus est ut sit super aquaȝ ⁊ sub igne. hec. n. est eius leuitas comparatiua Ipsius enim natura calida est ⁊ humida secundum regulam quā diximus. Cuius quidem esse in generatis iuuat vt rarificetur: ⁊ alleuientur: ⁊ subtilientur: ⁊ ad superiora eleuent. Ignis vero est corpus simplex cuius naturalis locus sup oēs elementarias existit partes: qui est concaua celi superficies. ipse nanq; ad celum peruenit. Et hec quidem est eius leuitas absoluta. Cuius natura calida est ⁊ sicca. ⁊ eius esse in generatis prestat iuuamentum vt maturet: ⁊ subtiliet: ⁊ permisceat: ⁊ vt eius penetratione currat per ea substantia aerea: ⁊ vt duorum elementorum grauiū frigidorum puram frigiditatem frangat: ⁊ vt de elemētaria proprietate ad cōplexionalitatē redeant. Duo autem grauia plus iuuant ad membrorum generationem ⁊ eoȝ quietem. Et duo leuia plus iuuant ad generationem spirituum ⁊ motionem eorum. ⁊ ad mouenda mēbra: licet motor nō sit nisi aīa. hec sunt elementa.

Doctrine tertie de cōplexionibus. Cap. primuȝ.

Complexio est qualitas que ex actione adinuicem ⁊ passione contrariaȝ qualitatum in elementis inuentarum: quorum partes ad tantam paruitatem redacte sunt: vt cuiusq; earum plurimum contingat: plurimum alterius prouenit. Cum enim ad inuicem agunt ⁊ patiuntur suis virtutibus: accidit in earum summa qualitas ī toto earum similis que est complexio. Et quoniam virtutes prime que sunt in elemētis predictis sunt quatuor: caliditas: frigiditas: humiditas: ⁊ siccitas: tūc manifestum est ꝙ complexiones in corporibus generatis ⁊ corruptis sunt per eas. Et illud quidem est secundum ꝙ oportet per diuisionem rationalem cum consideratione absoluta absq; vlla comparatione ad rē aliquam. Et est duobus modis. Quorum vnus est vt sit complexio equalis ita vt quantitates qualitatum cōtrariarum incomplexionato sint equales: non superantes: neq; superate: ⁊ sit complexio qualitas ī medio earum vere. Alter vero modus est vt nō sit complexio qualitatum contrariarum media absolute: sed ad vnaȝ magis declinet extremitatum: aut in contrarietate que est inter caliditatem ⁊ frigiditatem: aut in contrarietate

que est inter humiditatem et siccitatem: aut inter utras-
que. Quod autem in doctrina medicine consideratur e-
quale aut extra equalitatem: non est hoc: neque illud. Sed
medicus physico credere debet quod equalis secundum hanc i-
tentionem quam diximus impossibile est aliquo mo-
do inveniri: quanto magis ut sit hominis complexio:
aut membri humani. Debes autem scire quod equa
le de quo medici in suis inquisitionibus tractant non est
denominatum ab equalitate in qua equalitas cum pon
dere equaliter existit: sed denominatur a iusticia in divi
sione. Et hoc est quod in complexionatis in primis at
tenditur: sive sit corpus totum: sive sit membrum: quod
ut sit in eo de elementis cum suis quantitatibus et qualitatibus men
sura quam humana natura habere debet secundum meliorem
proportionem et divisionis equitatem. Accidit autem
ut hec divisio cum homo eam habuerit vere equalita
ti quam primam diximus valde sit propinqua. Equa
le vero equalitati que secundum humana attenditur corpora
et que est in comparatione aliorum que hanc non ha-
bent equalitatem neque habent propinquitatem equa-
litatis quam prius nominavimus quam habet homo:
octo considerationum accidit modi. Aut enim erit
secundum speciem comparatam ei que ab ea diversificatur et est
alia ab ea. Aut secundum speciem vel aliter secundum unam ma-
neriem speciei comparatam ei quod est diversum ab ea et eo quod est in
ea. Aut erit secundum aliquam partem speciei comparatam
ei quod ab ea diversum existit et est extra ipsam et in eius
specie. Aut erit secundum partem speciei comparatam ei
quod diversum est ab ea et eo quod est in eius parte sue spe-
ciei. Aut erit secundum singulare comparatum ei quod est diversum ab eo
et est extra ipsum. Aut erit secundum singulare comparatum suis dispo
sitionibus que in ipso sunt. Aut erit secundum membrum com
paratum ei quod ab eo diversum existit et eo quod est
extra ipsum in corpore suo. Aut erit secundum membrum
comparatum suis dispositionibus in se ipso. Pri-
mus modus est equalitas que in homine attenditur
comparatione aliorum generatorum: et est res magnam
habens latitudinem que diffinitione minime potest com
prehendi: neque etiam qualitercumque contingat existit: sed
inter multitudinem et paucitatem duas obtinet extre-
mitates: ab utraque quarum cum egressa fuerit non pote-
rit esse humana complexio. Secundus vero modus
est medialis qui inter duas extremitates huius latе com
plexionis existens invenitur in individuo quod est in ul-
timo equalitatis et specie que est in fine equalitatis et in
etate in qua augmentum ad suum pervenit finem. Et hec
quidem equalitas etiam licet non sit equalitas certa quam
in huius capituli principio nominavimus eo quod hanc
inveniri non est possibile: est tamen ei propinqua. Et
hic etiam homo equalitati non qualitercumque vicinus
existit: sed secundum suorum membrorum alterationes vel alternationes
calidorum sicut cor et frigidorum sicut cerebrum: et humidorum
velut epar: et siccorum sicut ossa. Cum ergo ponde
rabuntur et equabuntur erit vicinus equalitati certe.
In consideratione vero cuiusque membri non nisi unus
quod est eius quemadmodum postea dicemus. In com
paratione autem spirituum et membrorum principalium
impossibile est ipsum huic certe equalitati esse propin
quum: sed egreditur ab ea tendens ad caliditatem et hu-
miditatem. Vite et enim principium sunt cor et spi-
ritus que quidem ambo vehementer calida existunt
ad superfluitatem declinantia: et vita quidem existit per
caliditatem. Et augmentum per humiditatem. Et etiam
caliditas in humiditate existit et ab ea nutritur. Mem
bra vero principalia sunt tria sicut declarabimus et ex
eis quidem est unum frigidum quod est cerebrum cuius
frigiditas non pervenit ad cordis caliditatem tempe-
randam et equandam caliditatem temperandam. Et ex eis unum
est siccum aut siccitati propinquum: et ipsum est cor: sed
eius siccitas non pervenit ad humiditatem cerebri et equa-
tio temperandam. Neque etiam cerebrum tantum est fri
gidum: neque cor tantum est siccum: sed cor compara-
tione aliorum duorum est siccum et cerebrum aliorum
duorum comparatione est frigidum. Modi vero
tertii latitudo angustior est latitudine primi modi. s. e-
qualitatis specialis latitudinem tamen habet magnam et
est complexio que alicui gentium congrua existit secundum com
parationem alicuius climatis et alicuius aeris. Indi
namque complexionem habent in simul qua sani exi-
stunt. Et sclavi aliam habent complexionem qua sani
degunt. et unaqueque earum per comparationem ad suam
speciem sue speciei comparatione est temperata: que com
paratione alterius non est contemperata. Corpus namque
indi cum secundum complexionem sclavi qualis fiet: aut infir-
mabitur: aut morietur. Et similiter cum sclavi comple
xione indi qualis reddetur: erit corporis dispositio con
traria. Quecumque igitur species in terra habitabili com
morantium habebit complexionem eis propriam ae-
ri sui climatis convenientem: et habebit latitudinem.
Cuius quidem latitudo duas habet extremitates mul
titudinis et paucitatis. Quartus autem modus est
medium quod est inter duas extremitates latitudinis com-
plexionis climatis: et ipsum est complexio complexio-
nibus speciei temperatior. Modus vero quintus est
angustior primo et tertio: et est complexio quam debet
habere individuum designatum qua vivum et sanum
reperitur. Que etiam latitudinem habet ad quam
due terminantur multitudinis et paucitatis extremita-
tes. Debes autem scire quod omne individuum debet
habere complexionem sibi solummodo propriam in
qua alium ei associare est impossibile. Sextus autem modus
est medium quod est inter istos duos terminos quod est
complexio quam cum habuerit individuum erit melioris com
plexionis quam ipsius esse oportet. Modus autem septimus
est complexio quam unumquodque membrorum speciei habe-
re debet in qua aliud diversificatur. Equalitas namque
ossis est ut siccitas in eo plus habundet. et cerebri ut hu
miditas in eo plurimum habundet. et cordis ut in eo sit
plus caliditatis et nervorum ut in eis plurimum habun
det frigiditas. Modus autem octavus est comple-
xio membri singularis quam cum habuerit erit meliori
dispositionis quam habere potest. Cum autem specie-
es consideraverimus inveniemus homines certe equa
litati propinquiorem. Cumque regiones attenderimus
certificatum erit nobis: quod si fuerit locus qui inhabi-
tabitur sub equatione diei. Neque aliqua de rebus terre
nis obviando impedierit videlicet montes aut maria.
oportebit ibi habitantes equalitati certe propinquiores
existere quam alicuius regionis. Hoc autem nobis af
firmatum est quod opinio que accidit quod excessus ab equa
litate est causa propinquitatis solis: est falsa. Rectitudo
enim solis super capita minus ibi malum operatur: et mi
nus mutat aerem quam rectitudinis propinquitas apud
nos: aut apud eos qui sunt in maiori latitudine: quam
nos: licet rectitudines non habeamus. Amplius au
tem omnes dispositiones morantium in linea equinocti
ali sunt dispositiones nobiles similes. Neque aer ibi impedit
impedimentis sensibilibus: sed eorum complexionibus semper
est similior et ad hanc sententiam affirmandam iam secimus
dictiones. Post istos autem qui in quarto morantur cli

mate magis temperati existunt. Non enim aduruntur propter morам recumbentis solis super eorum capita neque elongantur ab eis parum quemadmodum fit in climate secundo et tertio neque congelantur sicut contingit his qui in extremitate quinti climatis habitant: et quorum latitudines sunt remotiores: propterea quod sol ab eorum capitibus est remotus. In membris vero iam manifestum fuit quod membra principalia non sunt equalitati certe multum propinqua, immo oportet ut scias quod caro est membrum illi equalitati magis propinquus quam cetera membra cutis tamen est inde propinquior est: quasi enim non patitur ab aqua equaliter temperata cuius medietas sit nix et altera medietas sit aqua feruens. Et sic fiat calidatis venarum et sanguinis et neruorum frigiditati in ea equatur. Similiter quoque non patitur a corpore quod bene temperatum existit ex siccioris corporibus et humidioribus duorum in eis equalia fuerint.

Et nos quidem scimus quod non est causa quare non patiatur nisi quia non sentit illud neque est tale quale illud nisi quia propter ipsum non patitur: nisi etiam tale esset quale illud propter illud pateretur. Res etiam que vnius sunt originis et in naturis opponuntur vna ab alia patiuntur sed ab eo quod eis in qualitate communicat res non patitur. Quod autem in cute magis existit temperatum est cutis manus. Et quod in cute manus temperatius est est cutis vole. et temperatius eius est quod est super digitos. Et temperatius eius est quod est super indicem. Et quod temperatius eius est quod est in pulpa extremitatis eius: propter illud est melioris sensibilitatis. Et quod in cute vole magis existit temperatum est quod in digitorum extremitatibus inuenitur: quia propter extremitates digitorum aliorum quasi indices existunt qualitatum natura tactarum. Debet enim decimatio indicis equalis existere ad vtrumque extremitatum ad egressum ab equalitate et a medietate percipit. Debes autem scire ultra hoc quod sciuisti quod cum dicimus de medicina quod est temperata: nolumus dicere quod sit temperata certe quoniam illud est impossibile: neque volumus dicere quod temperamento humano in sua complexione sit temperata. Si enim ita esset: tunc esset ex ipsamet humana substantia. Sed volumus quod cum propter calorem naturalem qui in corpore existit humano patiatur qualitate efficitur que hominis qualitates non supergreditur in aliqua duarum extremitatum equalitatem excedentium: non ergo in ipso operabitur effectum equalitatem excedentem. Consideratione igitur sue operationis in corpore humano est equalis. Et similiter cum dicimus quod est calida aut frigida nolumus dicere quod in sua substantia sit vltimitatis caliditatis aut frigiditatis: nec in sua substantia sit calidior corpore humano neque frigidior: si enim ita foret eius complexio esset sicut hominis complexio esset temperatum. Sed volumus dicere quod propter ipsam in corpore hominis perueniet caliditas aut frigiditas maior illa quam ex se habebat. Quia propter vna medicina plerumque est frigida humani corporis comparatione: et comparatione corporis scorpionis calida: et humani corporis comparatione calida et frigida corporis serpentis comparatione. Immo quandoque etiam vna medicina existit calida comparatione corporis petri magis quam comparatione corporis pauli. Ideoque precipitur eis qui medicantur vt cum complexionem mutare voluerint et vnam adhibuerint medicinam que non conuenerit ab ea discedant. Postquam igitur de complexione temperata que dicenda erant complevimus: ad loquendum de complexionibus distemperatis redeamus. Dicimus itaque quod complexiones distemperatas equale est sine comprehendere sin comparationem speciei aut partis: aut indiuidui: aut membri: quod sunt octo et sunt omnes collecte in hoc quod complexio in temperate sint opposite. Et he octo proueniunt quemadmodum diximus. Et est quod egressio ab equalitate aut est simplex qui equalitatem non excessit nisi secundum vnam contrarietatem aut est composita qui equalitatem secundum duas contrarietates excessit. Et simplicis quidem quod secundum vnam excesserit contrarietatem: aut est excessus secundum contrarietatem agentem: quod est aliquo duorum modorum quoniam aut est calidior quam debet sed nec est humidior nec siccior: aut frigidior quam debet sed neque humidior neque siccior: aut sin contrarietatem patientem, quod est vno duorum modorum, quoniam aut est siccior quam debet, sed non est calidior neque frigidior: aut humidior sed non est frigidior neque calidior. Iste tamen quatuor non diu permanent. Caliditas namque maior quam debet: reddit corpus siccius quam oportet. Et frigiditas maior quam debet facit corpus humidius quam oportet humiditate extranea. Et siccitas maior quam debet eis reddit ipsum frigidius quam oportet. Et humiditas maior quam debet si valde fuerit superflua velocius reducit ipsum ad frigiditatem quam siccitas maior. Que si plurima non fuerit conseruabit ipsum prolixiori tempore: ad vltimum vero reddit ipsum frigidius quam debet. Tu tamen ex hoc intellige quod equalitas et sanitas magis pertinent caliditati quam frigiditati. Et he quidem sunt simplices quatuor. Composite autem sunt in quibus fit egressus ab equalitate secundum vtrasque contrarietates: velut si sit complexio calidior et humidior simul quam oporteat: aut calidior et siccior simul quam oportet. aut frigidior et humidior simul quam oportet: aut frigidior et siccior simul quam oportet. Non enim potest esse frigidior et calidior simul neque siccior et humidior simul. Vnaqueque autem harum octo complexionum. Aut est sine materia. Quod quidem est cum complexio corporis qualitate solummodo afficitur quod corpus hac qualitate non afficitur propter humorem in ipsum penetrantem qui hanc habeat qualitatem ad quam mutatur corpus neque sit nisi sicut cum caliditate eius qui calefit ad ignem: aut frigiditate eius qui ad niuem infrigidatus est. Aut est cum materia. Ad quidem est cum corpus non afficitur qualitate huius complexionis nisi propter vicinitatem humoris in ipsum penetrantis in quo hec equalitas superabundans existit: quemadmodum corpus humanum cum vitrei phlegmatis infrigidatur aut cum cholerici humoris prassini calefit. Tu autem in libro tertio et quarto cuiusque xvi. complexionum exemplum inuenies. Et est tibi sciendum quod complexio cum materia duobus modis est. videlicet quoniam quandoque exterius cum materia madefactum est quandoque materia penetrat et retinet in foraminibus et ventriculis ipsius. Et est cum receptio et penetratio est apparens et quandoque non. Hec est de complexione dictio. Medicus autem physico credere debet sine sensu et in positionibus quod non est ei manifestum per se.

De complexionibus membrorum. cap. iii.

Quia deus cuique animali et cuique membro donauit ex complexione quod magis meretur: et quod eius actionibus et dispositionibus secundum possibilitatem melius existit: hoc autem certificare philosophi est et non medici. Donauit autem homini complexionem temperatiorem quam in hoc mundo esse est possibile cum suarum virtutum conuenientia quibus agit

et pauci et vniciam in membro donauit de complexione quam meruit. Posuit ergo quedam ex membris calidiora: et alia frigidiora: et alia sicciora: et alia humidiora. ¶ Quod autem in corpore est calidius est spiritus et cor a quo procedit. Deinde sanguis licet in epate generetur quia enim cum corde continuus existit ab eo plus acquirit caloris quam epar habeat. Postea epar quia est sicut sanguis congelatus. Post quod est caro que quanto est calidior quam epar propterea quod neruorum villi et cordarum sunt qui sunt frigidi. Deinde sunt musculi qui minoris sunt caliditatis quam caro simplex: propter illud quod de neruis et ligamentis eis admiscetur. Postea est splen propter illud quod est in eo de fece sanguinis. Postea renes eo quod non multus in eis existit sanguis. Deinde arteriarum tunice non propter ipsarum neruosa corpora: sed propter illud quod recipiunt de calefactione sanguinis et spiritus qui sunt in eis. Postea sunt venarum non pulsatilium tunice propter sanguinem solum. Postea cutis vole temperate. ¶ Frigidius vero quod est in corpore est phlegma. Postea pili. Deinde os. Postea cartilago. Post ligamentum. Deinde corda. Post panniculus. Deinde neruus. Postea nucha post cerebrum. Deinde adeps. Postea pinguedo. Postea caro. ¶ Humidius vero quod est in corpore est phlegma. Postea sanguis. Postea pinguedo. Postea adeps. Postea cerebrum. Postea nucha. Postea caro mamillarum et testiculorum. Post pulmo. Postea epar. Deinde renes. Postea musculi. Post cutis. ¶ Et hic quidem est ordo quem Galienus disposuit ea. ¶ Scire tamen debes quod pulmo in sua substantia et natura. Non est humidus vehementi humiditate. Omnis enim complexio membri naturalis similis est ei quo nutritur: et secundum suam accidentalem complexionem similatur ei quod ab ipso superfluit. ¶ Pulmo autem nutritur calidissimo sanguine et multe admixto cholere. et hoc quidem ipsemet Galienus nos docet. In ipso vero multa humiditatis superfluitas colligitur propter illud quod ad ipsum ascendit de vapore corporis et propter illud quod ad ipsum descendit ex catarris. Postquam igitur sic est res: epar multo magis humidum est pulmone humiditate naturali. Et pulmo magis est madefactus: licet humiditatis mora ipsum in sui etiam substantiam meliorem fecerit. Et dispositiones phlegmatis et sanguinis ita intelligende sunt. Phlegmatis namque humectatio est secundum modum madefaciendi: et sanguinis humectatio est secundum modum augmentum faciendi in substantia. ¶ Licet phlegma naturale aqueum plerunque sit maioris humiditatis quam sanguis. Ex sanguine enim cum digerenti debet digeritur multum humiditatis ex eo resoluitur que erat phlegmatis naturalis aquaquod ad ipsum conuersum fuit. In sequentibus autem scies quod phlegma naturale est sanguis qui aliqua conuersio est conuersione. ¶ Res autem siccior que est in corpore sunt pili: sunt enim ex vapore fumoso qui eleuatur. Resolutum namque fuit quod in eo de vapore mixtum erat et pura fumositas congelata. Postea est os ipsum namque omnibus membris durius existit: humidius tamen pilis est. Ossis namque generatio est ex sanguine: et ideo ossis est finis qui humorem naturalem exiccat lochianus in eis. Quapropter os multa nutrit animalia. Pili vero corpus nullum nutriunt: aut fortasse si nutriunt ex eis aliquod valde est rarum et est areum: sicut existimant quidam quod vespertiliones eos digerant et in eis delectentur. Nos autem cum duas quantitates ossis et pilorum in pondere equali assumpserimus: et eas in cucurbita alembi

eo superposito distillauerimus: egredietur ex osse plus aque et plus olei: et remanebit minus fecis: os ergo pilis humidius est. Post os autem in siccitate est cartilago. Postea ligamentum. Post corda. Post panniculus. Post arterie. Post vene. Post nerui motiui. Post cor. Post nerui sensitiui: motiuis enim nerui frigidiores simul existunt temperato. Nerui autem sensitiui frigidiores quidem sed non multum sunt temperato sicciores et fortasse sunt ei propinqui: et neque etiam in frigiditate sunt ab eo valde remoti. Postea est cutis.

¶ De complexionibus etatum et generum. Cap. tertium.

Etates omnes sunt quatuor. Etas adolescendi que vocatur etas adolescentie et est fere usque ad .xxx. annos. postea est etas consistendi que vocatur etas pulchritudinis: et est fere usque ad .xxxv. aut .xl. annos. Et etas minuendi cum virtus non amittitur. et hec est etas senectutis que fere est usque ad annos .lx. Et est etas minuendi cum manifesta virtutis debilitate: et hec quidem est etas senium et finis vite. ¶ Adolescentie vero etas diuiditur in etatem infantie. Et hec quidem est cum membra pueri nondum ad motiones et ambulandum sunt apta. Et in etatem dentium plantatiuam que est post ambulationem et ante quam sit fortis. Et illud est cum nondum gingiue sunt omnibus dentibus replete. postea est etas concussionis quod quidem est post vehementiam et natiuitatem dentium et antequam pollinantur. Deinde est etas alguelematis vel algradi et rehac id est cum ab eo egreditur sperma que est quo usque barbescat. postea est etas fortitudinis que est donec desinat crescere. ¶ Infantium vero solum ab infantia usque ad iuuentutem complexio in calore fere temperato: et in humiditate fere superflua existit. ¶ Medici autem antiqui inter se disceptauerunt de duabus caliditatibus puerilitatis et iuuentutis. Fuerunt enim eorum quidam qui dixerunt quod caliditas pueri est maior: et propter illam plus crescit. Ideoque omnes eius operationes naturales desiderii et digestionis sunt maiores et diutius durantes quoniam calor innatus qui in est eis ex sperma tanto magis est aggregatus: et est minoris temporis. Et ex eis fuerunt qui dixerunt quod calor innatus in iuuenibus est valde fortior: quoniam eorum sanguis est maioris quantitatis et magis spissus. Ideoque accidit eis fluxus sanguinis ex naribus plus et fortius: et quod eorum complexio plus ad choleram declinat: et puerorum complexio plus declinat ad phlegma: et quod iuuenes vehementiorum motionum existunt. motus vero non est nisi propter calorem. Et ipsi etiam vehementioris libidinis existunt et sunt melioris digestionis. Et hoc ex calore. Desiderium namque non est ex calore sed ex frigiditate. Ideoque caninus appetitus ex frigiditate sepius contingit. Signum autem quod vehementioris libidinis illi existant est: quod neque nausea accidit eis neque vomitus: neque fastidium quemadmodum contingit pueris propter digestiue eorum multitudinem. Et signum quod eorum complexio magis cholere pertinet est quod omnes eorum egritudines sunt calide: sicut febris tertiana: et eorum vomitus totus est cholericus. Egritudines autem plurime que pueris eueniunt sunt frigide et humide: et eorum febres phlegmatice: et plurimum quod vomunt est phlegma. Et augmentum quod est in pueris non est propter fortitudinem caliditatis eorum neque est nisi propter multam ipsorum humiditatem: maximum etiam eorum desiderium significat calorem eorum diminutionem. Hec quidem sunt duarum sectarum sententie et

Secū⁹ a sūma duorū musculorū duplorum q ſſ duo ex his tm̄⁹ ortū sub duob⁹ additamētis adiutorij interius: τ a margine focilis inferi⁹ τ duas trāsmittit cordas medio τ indici. Tertius⁹ coꝝ τ est illeq remāsit ortū a supꝑmo focili supioris τ corda pollici mandat: τ apō hāc iuncturā est musculus q est vnus duoꝝ musculoꝝ inter musculos mot⁹ rasete noīatoꝝ τ nascit a loco medio focilis inferioris cui⁹ corda pollicē ab indice ꝓlōgat. Cōstrigētiū aūt qḋā sunt q sup brachiū existunt τ qḋā q sup volā plante. Et illi qḋē q sunt sup brachium sunt tres musculi quoꝝ vnus⁹ scḋm aciē in medio sup aliū ē posit⁹. Ex qbus nobilior ē inferi⁹ q inferi⁹ est sepult⁹ τ cū osse focilis inferioris ɔtinu⁹ qm̄ eius operatio existit nobilior. Quapp oportuit vt ei⁹ locus magis eēt custodit⁹. Cuius principiū ē a medio capitis adiutorij siluestris ad interiora: deīn penetrat τ dilatat eius corda τ in quīqz partī cordas q̄rum quēqz ad interiora digiti puenit. Illarū vo que ad q̄tuor puenīunt q̄que iuncturā ꝓmā ipsi⁹ ɔstringit τ terciā. Primā vo ꝓpterea q̄ sibi annexa ligamētis qḋ sup eā ē cīctū: τ terciaꝫ ꝓpterea q̄ ei⁹ caput puenit ad eā τ ɔtinuat cū eaq̄ aūt ad pollicē vadit ei⁹ cōaꝫ τ terciā ɔstringit iūcturaꝫ q2 nō ɔtinuat nisi cū eis. Et scḋs qḋē musculus q ē supra istū ē minor ipso τ icipit a capite īgrediēte qḋ ē vnū ex capitib⁹ adiutorij τ cū focili inferiore parūp ɔtinuatur τ trāsit p terminū cōeꝫ q ē inter lat⁹ siluestre τ domestici: τ ē supior supficies focilis superioris: τ quā ad ptē puenit pollicis declinat parūp ad iferiora τ cū iuncturis medijs q̄tuor digitorū cordas mādat vt eos ɔstrigāt.

Ad pollicē vo nō puenit nisi ram⁹ pu⁹ q nō ē ex corda ei⁹: imo ab alio loco. Et ꝓmi qḋē origo ē post ꝓmū capitū noīatū qḋ ē a capite focilis supioris τ īferioris.

Et scḋi origo ē a capite focilis īferioris. Factū ē aūt q̄ pollex vno musculo ī hac ɔstrictiōe sit ɔtētus ꝫ q̄tuor duob⁹ ɔstrīgūt musculis quoniam nobilior ex operationib⁹ quatuor est constrictio τ ex operationibus pollicis nobilior est vt dilatetur τ ab indice elongetur.

Tertius autem musculus non est ad constringendū

si eius corda interius in pl'ata penetrat et dilatat desup ad hoc vt in eā adipsa faciat sensum, et infrigido vnita mētū pbeat: et pilos in ea nasci phibeat. et ad sustentandū illud qd̄ ē in inferioribus plāte et vt fortis fiat ad suas actiōes pagendas. hi qdē sunt illi qui super rasetam exi stūt. Musculi vo qui sunt in plāta sunt .xviij. in dua bus aciebus ordinati adinuicem sibi superpositi. Vna acies ē ad inferiora et intus. Et alia acies ē sup eā ex teriorē. Qui aūt in acie existunt īferiore numero sūt septē quorū quinq; digitos ad superiora inclināt: et q ex eis dele gatus ē pollici a pricipio ossis rasetenatur. Et sextus ē eiꝰ et latus eius villus ē trāsuersus et ipsius caput pēdet a pectine manꝰ donec perueniat in rectitudine me dij eius corda cū pollice ɔiunḡit: et ipsum ad inferio ra inclinat. Et septimꝰ ē apud auricularem incipiens ab osse pectinis quod in eiꝰ rectitudine existit et ipm ad inferiora inclinat. Nullus vo hoꝝ septem est ad cō stringendū sed quinq; sunt ad eleuādum et duo ad flectē dū inferius. Illi vo q sūt in acie superiore sub muscu lo sup plātam expanso qui quidem ē musculus quem solus cognouit. Galie. sūt musculi vndecim ex quibus sunt octo quoꝝ duo cum prima iunctura quatuor digito rū ɔiungunt. s. vnus sup aliū vt hāc ɔstringant iuncturamq; q ex eis ē inferior ɔstringit cū depositiōe et refle xione: et alius q ē ex eis superior ē strictura cū modico eleuatiōe et ad superiora ascensionis. Quinq; ɔiuncti fuerint directe: et eorum tres pollici sunt ꝓprij: quorū vnus primam ɔstringit iuncturam: et duo secūdam sicut sci uisti. Dilatātes ergo quinq; sūt. Et de reflectētibꝰ excep tis pollice et auriculari vnicuiq; inest vnus pollici vero et auriculari vnicuiq; assunt duo. Et de ɔstringenti bus vnicuiq; digito assunt q̄tuor. Et de his q ad su periora inclinare faciunt vnicuiq; digito adest vnꝰ.

¶ De anatomia musculoꝝ dorsi. Capi. xxj

m Musculoꝝ dorsi alij sunt qui ipsum ad po steriora flectūt: alij q curuant ad ante riora. Et istis n. oēs alij oriūt motꝰ. Ad posteriora vero flectentes sūt illi q ꝓprie dorsi vocitur musculi. Et sūt musculi duo de quibus existimat q vnus quisq; eoꝝ ex .xxx. compositus existat musculis: quoniā vnicuiq; ipsorum ab vnaquaq; spondili aduenit mus culus: ab vnaquaq; nanq; spōdili aduenit ei villus trā suersus nisi a prima. Et isti quidem musculi quum equa liter tendunt stat dorsum: et quum superflue tendunt de clinant ad posteriora. Et quinq; illi qui in uno existūt latere mouent dorsū ad illud inclinat. Musculi ve ro curuātes sunt par desup positum q sūt ex musculis ca put et collū mouētibus: qui a duobus meri veniūt late ribus: quorum inferiores extremitates cum quinq; spō dilibus pectoris superiorbꝰ ɔiungunt in aliquibꝰ ho minibꝰ: et in pluribus hoībus cum q̄tuor. Et eorum su periores extremitates ad caput perueniunt et colli. Et par qdem sub isto ē positū et vocat̄ renale: que ambo a decima et vndecima pectoris incipiunt: et ad inferiora d scendūt: et plerūq; curuant flectentes. Et modico qdē in suis motibus hoꝝ musculoꝝ sufficit iuuamen: quoni am incuruatione et inclinatōe a dextra et a sinistra dua rum extremitatū sequit̄ motus.

¶ De anatomia musculoꝝ vētris. Capi. xxij.

m Musculoꝝ autem ventris sunt octo q in iu uamētis cōmunicant: ex quibꝰ est iuua mēti pbere in exprimendo illud qd̄ ex ster core et vrina i inferioribus continet̄ et q̄ in matricibꝰ na ta existit. Et ex eis ē q diaphragma sustinet et ipm quū adest exsufflatio que est in ɔstrictione adiuuant. Et ex eis est q intestina calefaciūt et stomachū ꝓpterea q ea cooperiunt. Ex his autem octo est vnum par rectum qd̄ secūm rectitudinem ab epiglotali descēdit cartilagi ne: cuius villus in longitudine vsq; ad femur extendit: et duo extrema in eis que sūt co: ā ipsis expanduntur. Secū dus vo paris sub a sui pricipio vsq; ad ipsiꝰ finē carno sus existit. Et duo musculi qui cum istis in latitudi ne secant. quoꝝ locus ē sub panniculo qui sup totū ex tensus ē ventrē: et sub duobꝰ longitudinalibus. Sectio aūt que inter istorum duorum: et duoꝝ primoꝝ villos accidit est secūm angulos rectos: et duo paria que p trā suersum vadūt quorum vnūquodq; est in latere a dex tra et a sinistra. Et vnūquodq; eoꝝ par ex duobꝰ exi stit musculis se ad inuicem ad modū crucis secantibus a cartilaginis costarum nō copletarū extremitate vsq; ad femur: et ab illo vsq; ad epiglotale. Et duoꝝ pa rium extremitates sibi a dextra et a sinistra apud femur obuiāt. et alioꝝ duoꝝ extremitates apd̄ epiglotale q̄ su per carnosas partes ab vnaq̄q; parte duoꝝ musculoꝝ latitudinaliū sūt posite. Et hi qdē duo paria semp carno sa incedūt donec rectos musculos cū cordis latitudina libus tangāt que pānicullis sitant. Et hec etiā duo pa ria sub duobus longitudinalibꝰ sūt posita que sub duo bus posita sūt latitudinalibus.

¶ De anatomia musculoꝝ testiculoꝝ. Ca. xxiij.

t Testiculorum aūt viroꝝ musculi sūt quatu or: ꝓpterea vt testiculos custodi ant et eos eleuēt ne lateant. Quisq; testiculꝰ hꝫ par sibi ꝓpriū. Mulieribꝰ vo vnū par sufficit. l. cuiq; testiculo impar ꝓpterea q eaꝝ testiculi nō sūt ex teriorbꝰ: neq; sūt suspēsi quēadmodū viroꝝ.

¶ De anatomia musculoꝝ vesice. Capi. xxiiij.

s Super os vesice vnꝰ existit musculus qui ipsam circūdat: cuius villus sup ipi us os dilatat. Et eiꝰ quidē iuuamentum ē vri nā vsq; ad horā voluntatis retinere. Et quū voluntas expellēdi affuerit eius laxabit ɔstrictio et vētris muscu li vesicam vrgebūt: et vrinam expulsiua adiuuante ex pellent.

¶ De anatomia musculoꝝ virge. Cap. xxv.

m Musculi qui virgā mouēt duo sūt paria duo vnius paris musculi i duobꝰ virge la teribus sūt extensi qui quū tendunt foramē di latāt et ipsū amplificāt et penetratio rectificat: et sperma i ip sa cū facilitate decurrit. Aliud vo par qd̄ a femoris osse orit̄ et cū radice virge secūm trāsuersionē ɔiungit̄ et quū rectificat̄ tendit et instrm secūm rectitudinē eleuat: et quū ɔstringit reducit ipm ad posteriora. Qd̄ si vni eo rū acciderit tēsio ad ipsiꝰ partē declinabit.

¶ De anatomia musculoꝝ secessus. Capi. xxvj.

s Secessus musculi sūt q̄tuor. Vnꝰ eoꝝ ē ma sculus q ipsiꝰ cōmittitur os et cuiꝰ caro eiꝰ carne vehementer miscet̄ q̄ principaliter mu sculoꝝ labioꝝ similat̄ et ipse qdem coherceat et ɔstringit anū et sua expulsione stercoris reliquias q̄ sūt in ipso exeu nt. Et musculus q ē positꝰ magis infꝰ q̄ iste: cuiꝰ situs ē secūm operatiōes capitis hois et existimat q sūt hōis duo extrema cuiꝰ extremū cū radice virge ꝓpterea ɔiungit: et par qd̄ sup hos oēs trāsuersū existit: cuiꝰ iuuamētū ē lōgationes sursū eleuare et neq; accidit lōgationē egre di nisi ꝓp ipsius laxitatem.

¶ De anatomia musculoꝝ coxe. Capi. xxvij.

Ex musculis coxe maior ē ille q eā extēdit: de inde ille q eam ɔbit. Et suis nāq; opera tiōibus nobiliores sūt isti duo situs. Veruntamē extēsio ɔtractione nobilior existit quā status non conue nit nisi cum extensione. Postea sunt musculi qui

elongant: deinde illi qui approquinquant: post illi qui circuire faciunt. Ex musculis aut coxe iuncturā extendentibus ē unus q ē ols in corpore musculis maior: ɀ ipse ē musculus q os femoris ɀ anchā cooperit ɀ sup totā coxā voluit ab interiorib⁹ ɀ exteriorib⁹ ɀ posteriorib⁹ donec ad pollicē perueniat. cui⁹ villi diuersa hñt principia: q̄ propt ipsi⁹ operatões scdm diuisas spēs. Et ipsius nāq3 villis ē q ab īfimo ossis femoris nascit ɀ declinādo ad domesticū dilatat. Et ē aliud ex villis cui⁹ origo ē parꝫ altior orru illi⁹ q coxā ad superiorē eleuat. Et ē aliud ex villis cui⁹ ortus est valde altior ortu illius q coxā ad superiora ad domesticū declināte eleuat.

Et ē ex eis ali⁹ cuius origo ē ab osse anche q fatia coxaꝫ scdm rectitudinē dilatat. Et ē ex eis musculus q totā anche iuncturā posterius cooperit tria hñs capita ɀ extrema duo. Et hec qdē capita ab ilio ɀ ancha ɀ albo sos nascunt quoꝝ duo sūt carnosa ɀ vnū pāniculare. Duo vo extrema cū posteriore capitis coxe parte pciunguntur ɀ sicut vno traxerit extremo cū declinatōe ad ipm dilatabit: ɀ si cū duob⁹ traxerit extremis scdm rectitudinē dilatabit. Et ex eis ē musculus q ex tota ossis ilij superficie orit: ɀ cū supremo maioris additamenti pciungit ɀ vocat circhamentra maior: ɀ parꝫ ad interiora extēdit ɀ cū declinatōe ad domesticū dilatat. Et ē ali⁹ talis q̄lis iste q in pmis cū īfimo additamēti minoris pciungit deinū descēdit ɀ illi⁹ operatōe operat. Veruntamē cuius ē paruū dilatatōes ɀ multū efficere declinatōes. Cuius origo ē ab infimo superficiei ossis ilij. Et ē ex eis musculus q ab infimo ossis anche orit ad posteriora declinās ɀ dilatat ipsaꝫ ɀ eā ad posteriora parūp declinare facit: ɀ ad domesticum sufficienter declinare facit. Ex musculis vero coxe iuncturam constringentibus ē musculus vnus q cū declinatōe ad domesticū parūp pstringit: ɀ ē musculus rect⁹ q a duabus descēdit originibus quarum vna cū fine lomboꝝ ɀ altera cū osse ilij pciungit.

Et ipe qdē sunt q cū minore additamēto domest co pciunguntur: ɀ musculus q ab osse femoris nascit ɀ cū īfimo additamēti minoris pciungit. Et musculus ad duo latera ipsius trāsuerse extēsus q ē sicut paro maioris.

Et q̄ttuo q a re pparata sūt post os ilij orit ɀ ipse ēt crus pstrāgit colligēdo coxā. Et musculus vo q ad anteriora declinare faciūt qdē noīati fuerūt ubi dilatātio nu: ɀ pstrictōis mētōes fecim⁹: ɀ hec qdē mouēdi species hꝫ musculū q ab osse nascit femoris ɀ adeo fit longus vt ad pollicē perueniat. Declinare vo ad exteriora facientes sunt duo musculi: vn⁹ coxꝫ ab osse venit lato. Sꝫ circuire faciētes sunt duo musculi quoꝝ vn⁹ a silue stri femoris: ɀ alter ab ipsi⁹ orit domestico: ɀ quaꝫ sibi obuiāt trāsuersant ɀ fiūt carnosi apud locū pfundū circa posteriora additamēti maioris. Et qcūq3 coxꝫ solus traxerit coxā ad sui pt cū pauca dilatatōe torqbit.

¶ De anatomia musculoꝝ mouentium iuncturā cruris ɀ poplitis. Ca. xxviij

X musculis aūt iuncturā poplitis mouētib⁹ sunt tres in anterioribus coxe positi qui musculis in ipsa met coxa positi sunt maiores. Et eorum operatio est dilatare. vnus autem horum triū ē sicut duplus duo habēs capita: quoꝝ vnū ab additamēto incipit maiore: ɀ aliud ab interiore coxe. ɀ duo hñt extrema: quoꝝ vnus ē carnosus: ɀ cū rasga anteriori corda fiat pciungit: ɀ alterū ē pānicularē cū domestica duaꝝ extremitatū coxe cōtinuatum. Aliorum vero duoꝝ vnus ē ille q inter coxam pstringentes nominatus. Ia sep irantie quod ē in osse ilij nascēs: ɀ alt ab additamēto siluestri quod est in coxa oritur. Et isti qdeꝫ duo continuantur ɀ vnum-tur ɀ generatur ex eis corda vna que dilatatur ɀ circūdat rasgā ɀ ipsam cuꝫ eo quod est sub ea conuenienter affirmat: deinde cum capite cruris continuatur: ɀ poplitē dilatat ɀ crus extēdit. Dilatatio vo vnum habet musculum qui ab obuiatione ossis femoris nascitur ɀ incedendo descendit in latus coxe domesticum: fin transuersionem; deinde cum parte venosa supreme partis cruris continuatur ɀ crus declinans ad domesticū dilatat. Et musculum alium in quibusdam anatomie libris ei oppositum in parte siluestri qui incipit ab osse anche ɀ fm transuersionem in latus siluestre tendit donec ad locum perueniat venosum. Et neqꝫ est musculus maioris transuersionis illo ɀ cum declinatione ad siluestre dilatat: ɀ quum ambo dilatant est dilatatio recta. Et eis vero qui crus contrahunt est vnus musculus angustus ɀ longus qui ab osse ilij oritur ɀ femoris circa originem dilatantis ingrediens a separante qd ē in medio illi: fm transuersionem penetrat ad interiora duarum extremitatum poplitis: postea egreditur exterius ɀ vadit ad eminentiaꝫ que est in loco poplitis ɀ venoso ɀ cum ea vnitur. Et ipse quidem est quo crus ad inferiora trahitur declinans cum pede ad partem inguinis. Et tres musculi: domesticus: ɀ siluestris: ɀ medius. Sed domesticus ɀ medius cum declinatione ad siluestrem contrahunt. Et siluestris contrahit cum declinatione ad domesticum. Et domesticus quideꝫ oritur ab axe ossis anche deinde transuerse incedit per posteriora coxe donec perueniat ad locum cruris venosum in parte domestica ɀ vnitur cum eo cuius color ad viriditatem trahit. Et aliorum duorum etiam origo est ab axe ossis anche sed declinant et cum loco venoso lateris siluestris continuantur. In iunctura preterea poplitis est musculus sicut in sinuositate poplitis sepultus qui operationem efficit qualis huius medij est sic operatio. Et quidam existimant q paruo eminens musculi dilatantis dupli a separante est quum poplitē accidētali pstringit: ɀ est qui ab eius origine egredit corda que anche pendent tenet: ɀ cum ea ɀ cuꝫ ipso quod sequitur ipsam continuatur.

¶ De anatomia musculorum pedis iuncturam mouētium. Capi. xxix.

X musculis autem pedis iuncturam mouentibus sunt quidaꝫ qui ipsum ad superiora eleuat. ɀ quidam qui ipsum descendere faciunt. Ex eis autem qui ipsum eleuant est vnus musculus magnus qui est positus in parte antecedente cāne domestice cuius principiū est pars siluestris capitis canne domestice. Et ipse quidē qui ad exteriora egreditur inclinatur super crus ad parteꝫ pollicis vadens ɀ continuatur cuꝫ eo quod radici poplitis est propinquum: ɀ pedem ad superiora eleuat: ɀ alter oritur a capite siluestris ex quo nascit corda que cum eo quod est iuxta radicem minimi continuatur: ɀ pedem ad superiora eleuat ɀ ppter quando cum eo cōuenit primus musculus ɀ fuerit hoc fm equalitatem ɀ rectitudinem. Facientium vero descendere est vnum par cuius origo est a capite coxe quod postea descendit ɀ cruris ventrem carne replet ex quibus corda nascitur que ex maioribus existit cordis ɀ ipsa quidem est corda nerui qui cum osse alcahab continuatur: ɀ ipsum ad posteriora transuerse ad siluestrem trahit: ɀ est hec causa fixionis pedis super terram. Et ipsum quidem adiuuat musculus qui a capite siluestris oritur cuius color est melongianus ɀ descendit donec ipsamet absqꝫ corda quaꝫ mādat: ꝫ carneus remanēs continuatur cū postrema alcahab pte sub pstātate cꝫ āte di ri

nis. Quisqȝ musculi istis aut ipsorum cordis nocumentum ac cidit pes claudicat. Et musculi ex q̄ bus nascunt corde q̄ꝝ vna pedē ↄstringit: ⁊ altera pollicē dilatat. Illud vo ē qm̄ iste musculus a capite cāne domestice orit vbi ipa silvestri obuiat ⁊ descēdit inf exterior in duas diuidit cordas q̄ꝝ vna sub rasceta in anteriori pollicis parte ↄstrīa tur cū q̄ ē corda pedis existit humilitas. Et altera cor da q̄ ex parte illi generata musculi p̄me corde ꝑuīsit originē ⁊ p̄mo pollicis ossi cordā mādat: ⁊ ipsū cū trās uersione ad domesticū dilatat. Et cū ē a capite coxe sil uestri oriē musculus ⁊ cū vno duoꝝ musculoꝝ achiba lū ↄtinuatur: deinde ab eo separat quū occultū cruris ptā siteret q̄ orit corda q̄ ad inferiora pedis puenit ⁊ sub eo toto dilatat: quēadmodū facit musculus q sup plante occultū dilatat ꝑp iuuamētū tale q̄le ē eius.

¶ De anatomia musculoꝝ digitoꝝ pedis. Cap. xxx.

c Ex musculis vo pedis digitos mouē tib⁹ q sūt ↄstringētes mus culi sunt multi ex qb⁹ ē musculus q a capite cāne silvestris oritur ⁊ extēsus sup ipsā descēdit ⁊ cordā vnā trāsmittit q̄ i duas diuidit cordas q̄ mediū ↄstringit ⁊ mediū. Et alius istoꝝ minor eius oritur ē a postremo cruris: eius⁹ corda cū ipsa trāsmittit i duas diuiditur cor das que indicē ↄstringit ⁊ minimū. Et diuiditur ab vna q̄ꝝ duaꝝ p̄mū corda que cū eo q̄d ab alia diuiditur cō tinuatur ⁊ fit corda vna que ad pollicē puenit ⁊ ipm ↄstringit. Et tertia corda quā iā noīauim⁹ a silvestri duaꝝ extremitatū que i cāna existit domestica oritur: ⁊ inf duas descēdit cānas ⁊ ex se partē trāsmittit ad pedē ↄstringēdū ⁊ partē ad p̄mū os pollicis. Et hoꝝ qdem musculoꝝ digitos mouētiū q̄s noīauim⁹ sit⁹ ē sup crus ⁊ posteri⁹. Alij vo q̄ꝝ sit⁹ ē sup plātā pedis. x. sūt mus culi: ⁊ i hoc qdē anatomici decepti fuerūt. Sȝ p̄mi⁹ qui illud sciuit fuit Galie. Ipsi vo cū quoqȝ ↄtinuitur digit .i. cū vnoqȝ duo lacerti a dextra ⁊ a sinistra ⁊ mouet vt ↄstringāt sm rectitudinē si simul mouerit ⁊ vt declinēt si vn⁹ mouerit. Et ex eis qdē sūt quos sup rasetā: q̄ꝝ vnus vnicuiqȝ digito delegat⁹ ē ex duo q ꝑpē sūt ad ↄstrigēdū pollicē ⁊ minimū. Et isti qdē musculi adeo sūt ꝑuini vt quū vni eoꝝ accidit nocumētū ꝑuenit in vt reliquoꝝ opus debilitetur i eo q̄d eoꝝ ē ꝑpriū vt vicē illi⁹ aliq̄ mō gerit in eo q̄d huic est ꝑpriū: ⁊ hac de cā difficile est vnū digitoꝝ pedis ꝑpe absqȝ alio ↄstringere. Et ex musculi qdē pedis sūt quoqȝ sup a pedē positi q ad sil uestrē declinare solet ⁊ quoqȝ sub eis positi quoꝝ vnusq̄ q̄ digitū ad illud q̄d ipm seq̄ trahat a parte domestica ⁊ ipm cū motu ad partē eleuat domesticā. Et isti quoqȝ sunt cū duob⁹ q pollici ⁊ minimo sūt ꝑpij sȝ similitudinē septē q sunt i plāta pedis ⁊ sūt decē p̄mi. Oēs igr̄ cor poris musculi sunt quīgētī ⁊ viginti.

¶ Sūma tertie doctrine quīte ⁊ ē sermo vniuersalis de ner uis ꝑpie. Capit. i.

i Iuuamentorum neruoꝝ alia sūt q̄ sūt sȝ eēntiā: alia sunt que sūt p accidēs. Q̄d vo sm eēntiā: ē q̄ ce rebri eis mediātib⁹ oībus alijs mēbris iuuamētū p̄stat dādo eis sensum ⁊ motū. Sȝ q̄d ē p accidēs ē ad hoc vt caro corroboret ⁊ corp⁹ forti⁹ fiat. Et ex eis ē ē per pere id q̄d ex nocumētis mēbris accidit sensu carentib⁹ sicut epar ⁊ splē ⁊ pulmo licet .n. mēbra ista sensū non hēant sup ea tñ circūdatiū posuit ē neruosus ⁊ panniculo tecta fuerūt neruoso q̄ quū apostēmata fuerit aut vētosi tate tēsa pueniet apostēmosi grauedo aut vētosita tis partis ad circūdātiū in ipsi⁹ radices: ⁊ accidet ei ex grauedine attractio ex vētositate extēsio ⁊ sentiet ipsum. Et neruoꝝ qdē p̄ncipiū scdm̄ modū sēni est cere

bꝝ: ⁊ illud ad q̄d istoꝝ puenit̄ extrema ē sup̄ficies cu tis. Cū cutē .n. villi iuuēnt minuti ⁊ ipsa nerui paruit. quorūdā eoꝝ ē p̄ncipiū secundum sui essentiam ⁊ alio rum est principiū mediante nucha que currit ex eo: q ei a mēbris que ipsi viciniant aduenit. Q̄d vo ce rebꝝ neruoꝝ p̄ncipiū existit duob⁹ est modis: quoniam ex neruis qdē q a cerebro egrediūt nō iuuant mēbra in sentiēdo ⁊ mouēdo nisi capitis ⁊ faciei mēbra ⁊ visce rū interioꝝ aliq̄ vo mēbra hec iuuamēta nō habēt ni si a neruis nuche. Et Galie. qdē iā ostēdit nobis sol licitudinē magnā que neruis a cerebro ad viscera desce dētib⁹ ē ꝑpria. Creator .n. de eoꝝ munitiōe sollicit⁹ ali ter ipsos muniuit q̄ȝ alios neruos: ⁊ illud ē quoniā p̄te rea q a p̄ncipio elōgati fuerūt opoᵗuit vt sufficiēter superflua affirmatōe a musculis fortib⁹ q eos tegeret pā niculi ⁊ a corpore cui⁹ essentia inf neruū ⁊ cartilaginē ē media sūt ei q̄d corpori nerui accidit quū torquet.

Et istud qdē ē ex trib⁹ locis quoꝝ vn⁹ ē apud epig lotū. Et scdm quū ad costaꝝ radices venit. Et tertius quū pectoris locū trāsit. Factū ē aūt vt alij nerui a cerebro ꝑgredientes in qbus existit vtilitas i sentiēdo iuuamētū p̄stare penetrarēt a sui p̄ncipio sm rectitudinē ad mem bꝝ ad q̄d dirigūt: q̄m rectitudo ad id ad q̄d dirigi: ꝑpinquiore deberet via: ⁊ illic ex hoc ē impressio que ma net ex p̄ncipio fortior ⁊ ꝑpterea q i neruis sensibilib⁹ nō querit de duritie que facit necessitatē elōgādi a subā cerebri cū circuitiōe ꝑpterea vt ad sui similitudinē in leni tate ordinati elōget q̄tū i mēbris querūt mot⁹ anīmo q̄sto plus fuerūt leniores plus fuerūt v̄tute sentiēdi dig tes. Sȝ factū ē vt motui ad id ad q̄d dirigūt eū post cir cuitiōem in q̄b⁹ ipi icedūt ꝑpterea ut a p̄ncipio elōgat ⁊ i duritie ordinent. In vnoqȝ ē duoꝝ modoꝝ ad id q̄d ex duritie ⁊ mollitie in ipso ē necessariū adiuuerīs oīm ipsoꝝ sube plurimi nāqȝ eoꝝ q sensū tribuunt ab anterioꝛe oriunt cerebri. Et partis qdē que ē cere bri anterior ē eēntia mollior: Et plurimi eoꝝ q motū p̄bēt a postremo oriūt cerebri. Et partis q̄ est cere bri postremū eēntia ē mag̅ spissa.

¶ De anatomia neruoꝝ egredientium a cerebro ⁊ eo rum vijs. Capi. ij.

a Cerebro septē neruoꝝ paria oriūt p̄mi par̄ p̄ncipiū ē ex sūdo duoꝝ ventriculoꝝ cerebri anterioꝝ apud duorum additamētoꝝ viciniaē mamillarū extremitatib⁹ sili ū qb⁹ sit odorat⁹. Et ipm qdē ē paruū vētre hñs. Et ille q a sinistra orit dextrat ⁊ ille q a dextra orit sinistrat: deīs sibi sup sectōes cruceā obuiāt postea ille q a dextra oritur ad pupillam dextram penetrat: ⁊ qui nascitur a sinistra ad sinistram pupillam: quorum adeo dilatan tur orificia donec humorem qui vocatur vitreus com prehendant. Quidam vero qui non est Galienus dixit q ad sectionem cruceam sine reflectione penetrant ⁊ dixerunt q in hac sectione tria existunt iuuamenta.

Unum est propterea ne spiritus qui ad vnam currit pupillam ad alteram ire prohibeantur quum accidit nocumentum ⁊ propter hoc vnaqueqȝ duarum pupil larum quum alter clauditur oculus in videndo fit for tior ⁊ clarior quam ipsamet esset si altera intuente inue retur. Et propter hoc foraminis duci dilatatio augu mentatur quum alter clauditur oculus ⁊ hoc quidem est propterea q spiritus vehementer vadit ad ipsum.

Secundum vero est, ꝑpterea vt duo oculi vnus ha beāt defereēs quod visui similiter eis afferat ⁊ ibi vnia tur ⁊ sit duob⁹ vidē oculis vnū videre ꝑpterea q sima lacrū in termino vnitur communi. Iōqȝ luscis accidit vt ex re vna videāt duas: quū vna pupilla sup⁹ eleuat

sunt inferius deprimitur et destruitur rectitudo penetrationis foraminis ad sectionē et ab eodem sinuum accidit terminus tortura nerui. Et etiam ē vt vnusquisqʒ duorum neruorum ab alio sufficiat et illi innitatur et fiat ac si ad pupillā ex ꝓpinquo veniret. Secūdum autem par neruorum a cerebro ꝓcedentium nascitur post ortum primi paris et ab eo ad silnestrē declinat et a foramine qd̄ ē in orbita que totā cōprehēdit oculū egreditur: et in musculis partitur oculi et hoc qdē paruvalde ē grossū. Ideo vt cū grossitie sue pari fieret mollitiei quā here debuit ꝓpterea qꝫ ē circa principium et plorāt in faciēdo motū et ꝓpter cū adiutorē nō beat cū minus par sit ꝯuersus ad mouēdū magnū membrum qd̄ ē mādibula inferior: q̄re ei nō remanet superfluitas imo adiutore alio a se idiget sicut mō fierem. Tertij vō paris origo ē termino cōmuni inter antecessionē cerebri et ipsius postremū. s. ab infimo basis cerebri qd̄ primo cū q̄rto pari paulisp miscet: deinde ab eo separatur et in q̄tuor ramis ramificat. Unus ramus ab ingressu egreditur vene subetie quā postea nominabimus et descēdendo sup ceruicē vadit donec diaphragma pertranseat et in visceribus que sunt subdiaphragmate partitur.

Et hec qdē partis egressio ē a foramine qd̄ in osse existit tēporis que cū egreditur cū neruo ꝯiūgitur q a q̄rto diuiditur partecū mō nobis dispositiōes. Et ramus tertius in foramine descendit a quo sīm egredit par q̄rtū ipsius directio ē ad mēbra in anterioribus faciei posita. Et neqʒ fuit cōueniēs vt in penetratiōe primi paris vētrē habētis penetraret qꝛ nobilior neruorum eo ingustatione faceret et ipsum cōpmeret et via cooperiret.

Et hec qdē pars cū separat in tres distribuit sectiones. Quarum vna ad partē lachrymalis declinat et vadit ad musculos tēporum et masticāti: et supcilij et frontis et palpebre. Et pars secūda p foramē vadit apud oculos creatū et inde ad nasi tēdit interiorē supficiē et in tunica spargitur que ī iterioribus nasi ē expāsa. Pars aūt tertia ē pars nō parua in ꝯcauitate descēdēs barbachi q ī osse maxille ē facta et duobus ramificat ramis. Unus vadit ad interiora ꝯcauitatis oris et in dētibus spargit. Sʒ illud qd̄ inde puenet dētibus ē manifestū: qd̄ vō ū alijs puenet ē visui sicut occultū et in gingiua eī spargit superiore. Alt aūt ramus in mēbrorum spargit supficieb que sūt disiicut cutis maxille et extremitatis nasi et labij superioris. hec qdē sunt sectiones partis tertie paris tertij. Quartus aūt ramus tertij paris vadit penetrāns a foramie suo qd̄ in mādibula existit supiore et vadit ad linguā et ī eā manifesta diuidit tunica et tribuit ei sensum ꝓpriū q est gustus et illud qd̄ remanet in dētium radijs inferiorum et in ipsorum gingiuis diuidit: et in labio inferiori: sed pars q puenit ad linguā subtilior ē qʒ neruus oculi: q̄m iste: vrine et illius mollitiē tēperant grossities illius et subtilitas istius. Quarti vero paris origo ē post tertiū sʒ ad cerebri basim ē magis declinās et cū tertio quēadmodum diximus miscet: deinde ab eo separat et ad palatum vadit et dat ei sensum qd̄ qdē ē paruū sʒ ē plus durum qʒ tertiū qꝛ palati et palati panniculus durior ē lingue panniculo. Sed vnūquodqʒ paris quī impar cū duobus nascit medijs sīm duplī formā: imo multi illorum tenēt qꝫ vnūquodqʒ ipsius impar ē par cuius qdē origo a duobus ē cerebri lateribus. Et pars qdē prima quintī paris ipsius ad panniculū vadit q ī interioribus instrumenti auditus ē dilatatus et in eo diuidit totus. Et huius qdem diuisionis origo ꝓculdubio ē a parte cerebri posteriore et ꝓpterea ē audiendi sensus sʒ secūda diuisio ē maior prima. Ipsa nāqʒ egredit a foramine qd̄ in osse p̄forāti ē petroso. Et ipse qui dē ē q vocat monoculus et cecus ꝓpterea qꝫ multū torquet et eius vie in obliquitatibus incedūt ideo ꝯuolutas af fuit ꝓlongandi spacium vt eius finis a principio remoueret. ꝓpterea vt neruus antequā inde egrederet a principio esset lōginquus ideo vt duritiem ei ūi acquireret. Cumqʒ egredit cū neruo tertij paris miscet quorum plurimi ad maxillā et ad palati vadūt musculū: et qd̄ remanet ad musculos ꝓceditur tēporum. Quintus aūt in q̄rto creatus fuit neruus. Et auditus in q̄nto q̄m instrumento auditus fuit necessariū vt esset discoopertū ne aeris via ad ipsius clausa foret: et instrumento gustus fuit necessariū vt esset munitū ꝓpterea oportuit vt nerui auditus essent duriores. Et ideo origo cerebri eorum postremo fuit ꝓpinquior: et neqʒ oculis musculis vero sufficit neruus: et musculorum tēporum nerui multiplicati fuerūt nisi qꝛ foramini oculi multa necessaria fuit amplitudo ꝓpterea qꝫ neruus ꝓuitatē afferēs visus multa indiguit grossitudine ideo qꝛ ei necessariū fuit vētrē here nō ergo os qd̄ ad cōprehēdēdū oculū ē pforatū multa foramina tollerare potuit. Tēporis vō neruis multa fuit duricies necessaria: sʒ grossitudine multa nō indiguerunt: imo grossitudo esset faciēs motus difficultatem et eī egressio quā in osse duro petroso hēnt pōt foramina tollerare multa. Par vō sextū a postremo oritur cerebri cū q̄nto ꝯiunctū et cū eo panniculū et ligamētis ligatū ac si essent vnus neruus: deinde separat ab eo et egredit a foramine qd̄ ē ī extremitate adore qd̄ lande simulat. Et ipsum qdē antequā egressum esset iā in tres diuisū fuit partes q cū sit ab hoc egrediunt foramie. Una earum ad gule musculos suos ꝓcedit itinere et ad lingue radices ꝓpterea vt par septimū in ipsorum adiuuet motu. Et pars secūda ad musculos descēdit spatule et eius qd̄ ē circa eā: et ipsius plurimū in musculo spargit lato q ē sup spatulā: et hec qdē pars ē magne q̄ntitatis et suspēsa penetrat donec perueniat ad qd̄ dirigit. Pars vō tertia q maior ē ex tribus partibus ad viscera descēdit in ascēsione vene subeti et ē illi annexa et cū ea ligata ex q cū rectitudine ē epiglotis separāt rami q ad musculos veniūt epiglotales quorum capita sunt ad superiora q epigloti et ipsius claudit cartilagines. Quinqʒ epiglotis ꝓtrāsit ex eis ascēdūt rami q ad musculos vadūt capita ad inferiora hētes: et ipsi sunt q ad cymbalaris claudēdā sunt necessarij quis ad inferiora trahere necessariū ē: et pp hoc vocant nerui retro redeuntes. Hic aūt neruus retro rediēs nō egressus fuit a cerebro et nō a nucha nisi ꝓpterea qꝫ si a nucha ascēderet ab ipsorum principio subiret trāsuersū et non recti et ad inferiora attractio cū eis nō ꝓueniret sʒ actionē decētē. Et ipsi qdē nō de sexto pari creati fuerūt nisi ꝓpterea qꝫ illud qd̄ ex neruis ē molle aut molli vicinū s. illud qd̄ fuit ex eis alijsqʒ sextū iā in musculis faciei et capitis et ī eo qd̄ ī eis fuit diuisum: et septimū et nō sīm rectitudinē descēderet quēadmodū sextū descēdit imo ꝓculdubio trāsuersitas eos comitaret: ꝓpterea qꝫ illud qd̄ ascēdit et redit q̄nqʒ idiget re firma cui innitatur ad similitudinē girguli vt sit sup ipsū reuolutio ascēdēre ex ea adiuuetur vt sit sibi durus et fortis et lenis et iuxta positus nō fuit ibi ad hoc idoneū sicut arteria maior. Et illud qd̄ ex ipsis ramis a sinistra ascēdit hāc inuenit arteriā ipsa recta et grossa ergo sup eā reflectitur nō multa idigēs firmitudine. A dextra vō ascēdētibus nō videtur arteria ad modū primi sʒ videtur ei possibilis iā accidat ei paruas pp ramorum diuisionē q ideo ex eo egressi fuerūt cū etiā iā deberet rectitudo ī situ qꝛ transuersus fuit ad ascēsū declināndo: fuit ergo necessariū vt ipsi re aliq̄ affirmarētur cui innitērētur cū ligamētis in qbus rami stringerētur: ideo vt p ipsos illud qd̄ defuit ex rectitudine grossitie in situ corrigeretur. Et sapiētia quidē in hoc redeuntes ramos elōgandi ē vt talis quia est hec suspensio proximi sūt et propter elongationem a principio fortitudinē habeāt et duritiē. Ex neruis autem

redeuntibus fortior est ille qui in duobus musculis m3 epiglotis spargitur nunc cum aliis neruorum adminiculum ramis postea illud quod ex hoc remanet neruo descendit a quo rami separantur qui in panniculis sparguntur diaphragmatis ⁊ pectoris: ⁊ in musculis splenis: ⁊ in corde: ⁊ in pulmone: ⁊ in ventre: ⁊ in intestinis que ibi sunt. Illud vero quod remanet penetrat in diaphragma: ⁊ associatur ei quod ex parte tertia descendit ⁊ in panniculo panniculis spargitur discerum: ⁊ perueniunt ad os lati. Septimi autem paris origo est terminus communis qui est inter cerebrum ⁊ nucham cuius plurimum incedit se in musculis spargendo linguam mouentibus ⁊ in musculis inter pectalem ⁊ os laude communibus ⁊ est cum ipsius residuum in aliis spargitur musculis qui huic musculo sunt vicini: non tamen semper est illud ⁊ propterea quod alii nerui ad alias reducti fuerunt necessitates: ⁊ neque fuit bonum vt foramina in anterioribus neque in inferioribus multiplicarentur: fuit melius vt ad lingue motum neruus ab hoc loco veniret: quia ipsius sensus iam ei ab alio venit loco.

¶ Capitulum .ij. de anatomia neruorum nuche ⁊ colli ⁊ vijs eorum.

Nerui qui ex nucha nascentes qui per colli vadunt spondilos octo sunt paria. Vnius paris egressio a duobus est spondilis primis foraminibus quod in capitis musculis solum spargitur: ⁊ est paruum manifestum: quoniam melius fuit vt locus a quo egreditur sit angustus quemadmodum in capitulo de ossibus diximus. Et secundi quidem paris egressio est inter spondilem primum ⁊ secundum a foramine in loco vel capitulo de ossibus nominato cuius plurimum capiti tegendi sensum defert, transiectis enim ad id quod in spondilibus est supremum ascendit ⁊ ad anteriora reflectitur: ⁊ super tunicam extrinsecam aurium spargitur. Et quod par primum minus facit propter sui paruitatem ⁊ abbreuiationem ob quam expansio expedire non poterat ⁊ dilatari locis quibus sequitur ipsum complete emendat. Quod autem ex hoc remanet paris ad musculos qui sunt in posterioribus colli ⁊ ad musculum latum venit ⁊ eis dat motum. Et paris tertij origo ⁊ ipsius egressio est a foramine quod est inter secundam ⁊ tertiam. Et vnumquodque eorum in duos partitur ramos. Ab vno ramo sparguntur rami in profundo musculorum qui sunt ibi ⁊ propter caput cum collo mouentium: deinde ad spondilium ascendunt spinam ⁊ cum in earum rectitudine venit ⁊ ad radices tenentis earum: post ad ipsorum eleuantur capita ⁊ cum ligamentis nascentibus panniculis quibus que ab illo nascuntur postea ad partem aurium reflectendo penetrant ⁊ in non omnibus ad aures perueniunt ⁊ aurium musculos mouent.

Et ramus secundus ad anteriora vadit donec ad musculum perueniat latum. Et cum hoc quidem primum cum nascitur miscetur ⁊ venit ⁊ musculi qui ipsum cooperiunt propterea vt in ipso sit fortior. Et est etiam quasi cum musculo miscetur temporum ⁊ cum musculo aurium in bestijs. Plurimum tamen sparsionis ipsius non est nisi in musculo maxillarum. Quarti vero paris egressio est a foramine quod inter tertiam existit ⁊ quartam ⁊ partitur sicut ille qui est ante ipsum parte ascendente ⁊ parte posterius consequente: sed pars eius que ascendit est prima ⁊ ipsa cum quinto miscetur. Et quidam iam dixerunt quod ab ea penetrant rami sicut aranee tela extensi super venam subeunt donec ad diaphragma perueniunt separatim super duo latera diaphragmatis pectoris ⁊ duo media partientis incedentes. Sed eius pars maior ad posteriora reflectitur: ⁊ in fundo musculorum profundatur donec ad summitatem vadit ⁊ musculis mandat ramos qui inter caput ⁊ collum sunt communes: deinde iterum suo ad anteriora reflectendo vadit: ⁊ cum musculis maxille ⁊ aurium in animalibus communicatur. Et dixerunt quod ab eo ad dorsum descendit ramus. Quinti autem paris egressio est a foramine quod est inter quartam ⁊ quintam quod etiam in duos partitur ramos vnus ramus. Iste quidem est ascendens ⁊ ipse minor ad musculos peruenit maxillarum: ⁊ ad musculos qui caput anterius curuant ⁊ ad alios musculos qui capiti ⁊ collo sunt communes. Et ramus secundus in duos diuiditur ramos. Vnus ramus inter primum ⁊ inter ramum secundum est medius ⁊ peruenit ad spatulam supremum ⁊ miscetur cum eo quod est sexti ⁊ septimi. Et ramus secundus cum ramo quinti ⁊ sexti ⁊ septimi miscetur ⁊ ad medium penetrat diaphragmatis. Par vero sextum ⁊ septimum ⁊ octauum ab aliis secundum ordinem egrediuntur foraminibus: sed octaui egressio est a foramine communi inter finem spondilium colli ⁊ inter primum spondilium dorsi: ⁊ eorum rami deinde communi commiscentur mixtura. Sed plurimum sexti ad spatulam peruenit superiorem ⁊ pars eius maior parte que est ex quinto ⁊ minor parte que est ex quinto peruenit ad diaphragma. Et plurimum septimum peruenit ad adiutorium licet sint quedam ex ipsius ramis qui ad musculos capitis ⁊ ad colli ⁊ ad dorsi cum ramis quinti associati vadunt ⁊ ad diaphragma perueniunt. Sed octaui post communionem ⁊ societatem vadit ad brachium ⁊ aliquid peruenit ⁊ neque est aliquis eorum qui ad diaphragma perueniat secundum quod ille qui ex quinto ad partem manus tendit non transit spatulam ⁊ ex septimo non transit adiutorium: sed ille qui ad spatulam peruenit ad brachium est ex octauo mixto cum primo ramo qui nascitur ex spondilibus ⁊ ad dorsum vadit. Nerui autem isti in diaphragmate partiti non fuerunt nisi nerui nuche: propterea vt ad ipsum venientes ab alto forent descendentes locorum: ideo vt eius partitio in ipso esset melior: ⁊ propterea quod prima eorum directio fuit principium panniculi pectoris per medium partientis. Et impossibile quidem erat vt nerui ad ipsum a nucha directe venirent absque fractura cum angulo. Et si descendentes nerui qui ad diaphragma descendunt a cerebro procederent ipsorum prolongatio necessaria: ⁊ neque eorum neruorum continuitas cum medio diaphragmatis posita fuisset nisi propterea quod non fuit conueniens vt in ipso secundum latitudinem ⁊ equalitatem spargerentur sicut cum extremitate ⁊ non cum medio continuarentur: aut sicut cum tota continuarentur circuitione ⁊ esset hoc contrarium vie que est necessaria: quoniam musculi non faciunt aliquid moueri nisi extremitatibus suis: propterea illud quod ex diaphragmate mouetur est illud quod est circuitus. Oportuit ergo vt in ipso finirentur nerui ⁊ non vt in ipso inciperent. Et quoniam necessarium fuit eos ad medium venire oportuit necessario vt penderent. Oportuit ergo vt ipsi descenderent ⁊ panniculis cum munitione tegerentur. Facti ergo panniculis fuerunt cum munitione descendentes in quo associatur panniculus qui pectus per medium partitur super quem nimirum perreterunt ⁊ quia huius membri operatio fuit nobilis facta fuerunt nerui eius principia multa ne eius operatio propter aliquod destrueretur nocumentum quod vni accideret principio.

¶ Capitulum .iiij. de anatomia neruorum nuche spondilium que sunt in rectitudine pectoris.

Primi ex paribus ipsorum egressio est inter primam spondilium ⁊ secundam pectoris quod in duas diuiditur partes que maior in extrinsecus musculis spargitur costarum ⁊ musculis dorsi. Et quod remanet super primas costas extensum procedit ⁊ octauo neruorum colli obuiat ⁊ simul ad manus procedunt donec ad adiutorium ⁊ spatulam perueniant. Par vero secundum a foramine egreditur quod predictum sequitur foramen: cuius pars ad adiutorium tendit superficiem dans ei sensum: ⁊ ipsius residuum cum aliis partibus que remanserunt aggregatur ⁊ ad musculos spatule qui super eam sunt postea descendunt ipsius mouentes iuncturam ⁊ ad musculos perueniunt dorsi. Qui igitur ex neruis illis spondilium pectoris oriuntur ⁊ ramus qui ad spatulam non procedunt ad musculos dorsi vadit ⁊ ad musculos qui sunt inter costas positos in posterioribus pectoris po

sitas. Qui vero ex spōdilib⁹ falsarū nascunī costarū ad musculos veniūt q sūt iter costas ꝛ ad musculos vē tri. Cū istis aūt neruoꝝ ꝑterea ramis arterie ꝛ vene gete curūt ꝛ nucbā igrediūt ꝑ loca iferiora vn̄ ipi egrediūt

℄ De anatomia neruorū nuche alchati. Cap. v.

Erui alchati in hoc cōmunicāt q pars eo rū ad dorsi musculos puenit: ꝛ pars ad musculos ventris: ꝛ ad musculos q sunt in dorso exp̄sit. Tria aūt supiora cū neruis miscēt q a ce rebro sunt descendētes ꝛ nō alia. Et duo paria iferio ra ad partē cruriū multos transmittūt ramos cū qbus rami tertij paris ꝛ ramus nerui primi ex albauis miscet sed isti duo rami nuche nō transeūt iscturū: sed i ipsius spargunt musculos: ꝛ illi eos ptransiunt incedendo ad crura. Neruorū aūt cruriū ꝛ pedes forma a neruis manuū separat i hoc q nō eos cōiungunt ꝛ declinant submersi incedēdo ad occultū: nō .n. est forma ꝯtinuita tis adiutorij cū spatula sic forma ꝯtinuitatis coxe cum anchbaꝫ eius ꝯtinuitas cū origine suorū neruoꝝ sic ꝯtinuitas ipsius cū suorū neruorū origine. Et isti qdeꝫ nerui ad partē cruris diuersis tendūt itinerib⁹. Sūt .n. ex eis q occultant ꝛ sunt ex eis q manifestant ꝛ sunt ex eis qui submergunt sub musculis cooperti. Et qꝛ musculi q a parte ossis femoris oriunt vias ad vtrosqꝫ pedes nō habuerūt a posterioribus corporis nꝫ ab oc culto coxaruꝫ ꝑpterea q sunt ibi musculi multi ꝛ vene scīt fuit vt pars neruorum qui sunt ꝓprij musculorum qui sunt in pedibus curreret ꝛ penetraret in foramine qđ ad testiculos descendit donec ad musculos vadat fe moris ꝛ descendat ad musculos poplitis.

℄ De anatomia neruorum nuche albauim ꝛ alboso Capitulum sextum

Rimum par ex albauim miscet cū ner uis alchatim sicut diximus. Alia vero paria ꝛ ipar quod ab extrēo oritur alboso in musculis spargunt siclerie ꝛ ipsius virge: ꝛ in musculo vesice ꝛ matricis ꝛ in pānicullis ventris: ꝛ i partibus domesticis interioribus ossis femoris: ꝛ i mu sculis qui nascuntur ab osse albauim.

Capitulum primū summe quarte doctrine quinte: Et est sermo de forma arteriarum.

Ene pulsatiles sunt arterie que create fuerūt ꝑter vnā earum duas habētes tunicas q rū durior est occulta: quoniā ipsa ē illa que pul sationi obuiat: ꝛ forti motui substantie spiritus q celari voluit: ꝛ ipsius receptaculū custodiendū ꝛ corrobo rā dum fuit. Arteriarum aūt origo ē a sinistro vētriculo duorū ventriculorū cordis qm̄ dexter eorum epati est ꝓpinquior: quia ꝑp oportuit vt ipse poneret occupatus in attrahendo nutrimentum exercendo ipsum.

℄ De anatomia arterie venalis. Capitulū scdm.

Uod in primis a sinistro oritur ventricu lo due sunt arterie vna ad pulmonē vadit ꝛ in ipso partitur: propterea vt aer attra hat ꝛ sanguis q pulmonē nutrit a corde deferat a cor de q ꝛ tr̄ sītus nutrimēti pulmonis est ad cor ꝛ a corde vadit ad pulmonē Et h⁹ qdē partis origo est ex parti um cordis subtiliore ꝛ vbi vene ad ipm penetrant q est vnā hñs tunicā ab oīb⁹ alijs arterijs diuersa ꝛ ꝑp hoc vocāt ipsam arteriā venalē. Et vna aūt creata fuit tu nica vt sit mollior ꝛ lenior ꝛ ad dilatandum ꝛ ad ꝯstrin gendū magis obediēs: ꝛ ad resudationē eius faciēdaꝫ q ab ea ad pulmonē resudat ex sanguie subtili vaporo so q sīc pulmonis magis est ꝯueniēs sit apta. f. qui com plemēto digōnis in corde iaꝫ ꝓpinquus fuit. Et iꝫ est ei necessaria superfluitas digōnis sic ea indiget sanguis qui in vena currit venter habente quā mō nolabimus ꝛ ꝑ pter qm̄ eius locus est iuxta cor ꝛ vadit ad ipꝫ eius vir tus calida facile digerens ꝛ etiā qꝛ membrū in q pulsat est raꝝ ꝛ non timet qū pulsauerit in illo raro ꝛ percusserit q ipsius durities ei noceat ꝛ ꝑp hoc in corpore ipsius nō tñ duritiei fuit necessariū quāto alie indiguerūt arte rie q sunt mēbris duris vicine. Uena aūt arterialis quā dicā lꝫ pulmoni sit vicina nō tñ ei vicinat nisi ipsius postremū a pte dorsi: ꝛ hec arteria venalis in ascēdēte pulmonis pte spargit: ꝛ in ipso submergit q iam qdem in ptes ꝛ ramos diuisa est. Sed qū inter duas h⁹ ar terie necessitates cōparatū fuerit q attēdunt sm̄ firmitu dinē ꝛ lenitatē q fac ei dilatationē facilē ꝛ ꝯstrictionē; ꝛ resudationē eius qđ ab ea resudat inuenit q lenitas ma gis est ei necessaria qꝫ spissitudo ꝛ firmitudo. Aliam aūt arteriā q est maior quā Aristoteles vocat orthi in p̄mis qū ex corde orit duos transmittit ramos ex qbus maior in circuitu cordis reuoluit ꝛ in suis ꝯuertit parti bus: ꝛ minor reuoluit ꝛ in ventriculo spargit dextro. Quod aūt post duos remanet ramos qū separat i du as diuidit partes vna pars est maior ꝛ ad descendēduꝫ apta ꝛ altera est minor ꝛ est apta ad ascendendū. Et q ē apta ad descendendū creata fuit in q̄titate sua sup aliaꝫ addens. q̄m ad mēbra tendit q numero sunt plura ꝛ in q̄titate maiora ꝛ hec qdeꝫ sunt mēbra q sub corde sūt posita. Sup orthi aūt essentiā vel egressionē tres du ri ꝯsistunt pāniculi ab anterioribus ad posteriora: si eniꝫ vnus aut duo fuissent nō pberent iuuamentū qđ in eis querit neqꝫ ipsius q̄titatē aut ipsoꝝ q̄titates magnificā do ꝛ fieret motus ꝑp ipsos difficilis. Qđ si etiꝫ quattuor fierent valde parui ꝛ destrueret iuuamentū eoꝝ ꝛ si i su is q̄titatibus magni fierent vnū coangustarēt. Uena sin arteria duos hꝫ pāniculos ad iteriora declināter ꝛ duo qdeꝫ sufficerūt qꝛ nō est ibi vn̄ necessitatis benefa ciendi formā q̄ui est hecin subtiliando vo est ibi plus necessitatis ideo vt fumosus vapores expellere sit facile ꝛ sanguineꝫ ad pulmonem euntem in parte orthi q ex duabus partibus est ascendens.

℄ De anatomia arterie orthi ascendētis. Cap. iij.

Ars aūt q a duabus orthi est ascendens i duas diuidit ptes quaꝝ maior ad pte lebrian ascendendo tendit deinde ad ptem trā suersal dextrā donec ad carnem laxā mozo similem pue nit q est ibi. Et in tres diuidit ptes quaꝝ due sunt due arterie q subeteni vocant ꝛ ad dextrā ꝛ ad sinistrā cum duabus ascendit guidegis ꝓfundis qs postea notabi mus ꝛ i diuidēdo cum eis associant sic post referemus. Pars aūt tertia in thorace spargit ꝛ costis p̄mis ꝛ i sex spōdilib⁹ colli supiorib⁹ ꝛ i pub⁹ furcule donec ad cap̄ pueniat spatule: postea ex ide ad manuū ptransit mēbra: pars vero minor ex pub⁹ orthi ascendens ad ptem ascē le vadit ꝛ diuidit sic pars tertia maioris partis.

℄ De anatomia duaꝝ arteriaꝝ q subeteni vocantur. Capitulum. iiij.

Naqueqꝫ duaꝝ arteriaꝝ q subeteni vo cant qū ad collū puenūt in duas separat partes: ptem anteriorem ꝛ posteri orem: Anterior vero pars i duas sequestrat ptes occul tam: q ad linguā tendit ꝛ ad musculos occultos q sunt musculi mādibule inferioris ꝛ ad ptem q manifestat ꝛ ascendit ad illud qđ est corā duab⁹ aurib⁹ ꝛ ad muscu los tempoꝝ ꝛ ptrāsit eos postqꝫ in eis relīqt ramos mi nores ad capitis cacumen tendit: ꝛ obuiant sibi dextre eaꝝ existentes cū extremitatib⁹ sinistre. Pars aūt se cūda in duas diuidit ptes posterior quaꝝ minor plus ad posteriora eleuat ꝛ in musculi q capitis sūt ꝯtinentes

tinentiã spargit. Et q̃ etiã est q̃ ad basim posteriori cerebri tendit i foramẽ ingrediẽs magnũ qd ẽ apud dorez laudã. Maior aũt corũ foramine i foramie petroso ad rethe ingredit imo rethe ex ea texit. s. ex venis i venis et tenuib' sup nucam et rugis sup rugas; ita vt nemo ex eis vnã solã apprehẽdere posset nisi cũ alia pannã et cũ ea ligatã sic rethe et spargit ad anteriora et posteriora ad dexterã et sinistrã et vadit p totum rethe deinde aggregat ex ea pte sic erat aũt et format ei panniculus et ascendit ad cerebrũ et spargit i ipso panniculo subtili postea iterato i cerebro i suis ventriculis et sup hac ventriculorũ ipius et ramorũ suorũ orificia sibi obuiãt q̃ ibi ascẽderũt quẽadmodũ ramorũ venarũ orificia n̄ pulsatiũ q̃ descẽderũt.

Nõ aũt fcã fuerũt ista ascẽdentia et illa descẽdentia nisi ꝑ pterea q̃ illa sũt rigãtia et fundẽtia sanguinẽ qui melior est sub' fuorũ vasorũ rigãtiũ ẽ vt eorũ extremitates sunt capita ad iferiora habẽtes sed ista innamẽti ꝑstat i vadendo spũs. Et spũs qdẽ est subtilis ad supiora mobilis. Et nõ est necesse suorũ vasorũ capita ad iferiora reducere donec fundat imo si hoc fieret multa inde ꝑueniret effusio sanguis q̃ ei associat et difficultas motus ipso i eis qñ ipius motus ad supiora est facilior et pp illud qd in ipsũ existit ex motu et subtilitate sufficit i eo q̃ ex ipso ad cerebrũ vadit illud qd ẽ necesse vt calefaciat ipsu. Et sub cerebro qdẽ nõ fuit expãsum rethe nisi vt rededido iceda signis q̃ ẽ i arteria. et spũs q̃ i ea existit cõplexioni cerebri post digõnẽ silef. et deinde sm ordinẽ ad cerebrũ vadat. Et rethe qdẽ iter os et panniculũ durũ ẽ positum.

¶ De anatomia ptis orĩbi descẽdetis. Cap. v.

Pars aũt orĩbi descẽdẽs ꝑmũ fm rectitudinẽ icedit donec sup quĩtã miũt spõdiles cũius situs capitis cordis linũ est oppositu' et ibi qdẽ est pulmo sic accubitans et sustentamentũ ipsi ad hoc vt iter ipsm et ossa dorsi separatiõnẽ faciat. Meri quoq; qñ ad hũc ꝑuenit locũ ab eo ad dextras declinat et nõ sm rectitudinẽ trãsit deinde cũ panniculis appensus icedit qñ ad diaphragma ꝑuenit ne ipsm coangustet. Et hec qdẽ arteria descẽdẽs qñ ad spõdilẽ .s. ꝑuenit ad iferiora trãsit extẽdẽdo se supra dorsũ donec ad os ꝑueniat qd ẽ ex albaum. Et qñ est i pectore rectitudie trãsit inde et dimittit ibi ramũ subtilẽ primũ et dispgit i receptaculo vase pulmonis qd ẽ ex pectore et ꝑuenit extrẽa ipsi' ad cõiũ pulmõis et ipsa qdẽ n̄ cessat dimittẽdo i oib' sponidilib' p quos vadit ramus q̃ iter costas et nuchaz icedit.

Significatio autem oculi qui est de summa illorum est ex dispositione venarum eius et ex dispositione grauitatis et leuitatis ipsius et ex dispositione coloris eius in eminentia sua: aut lotus sit aut decolor aut plumbeus aut rubedine eius et dispositione taciturnitatis: et omnia ista valde vicina sunt in significatione eius quod est in ipso cerebro. Et quandoque significat per illud quod fluit ab eo de lachrymis et lippitudine: et quod accidit ipsi ex clausura et palpitatione: et ex dispositionibus oculi que considerantur secundum profunditatem et exitum eius ad exteriora et magnitudinem et paruitatem et infirmitates et dolores. Nam si oculus siccatur significat siccitatem cerebri et fluxus lippitudinis et lachrymarum quum non sit propter egritudinem in ipso oculo significant humiditatem anterioris cerebri: et magnitudo venarum oculi significat calefactionem cerebri in substantia: et fluxus lachrymarum absque causa manifesta significat in egritudinibus calidis inflammationem cerebri et apostemata eius: et propter quum currunt ex vno oculorum: et quum lippitudo pupillam tegere incipit sicut tela aranee: deinde adunatur tunc est mors propinqua. Et oculus qui remanet apertus et non mouetur sicut fit in carabito et quandoque in lethargia et quod clauditur: et fit eius apertio difficilis sicut fit secundum plurimas vices in lethargia: et fit etiam in carabito apud resolutionem virtutis significat lesionem magnam in cerebro: et plurimum autem motus significat inflammationem et calefactionem et demoniacum: et adherens suo inuium vel loco qui est declinans et terrefactus alienationem et melancholiam. Et quandoque significatur ex motibus eius error cerebri et timiditatibus ire et angustie et timoris et concupiscentie. Et ad exteriora exitus significat apostemata et repletionem vasorum cerebri. Et profunditas significat resolutionem plurimi substantie cerebri sicut accidit in vigiliis et alienibus et concupiscentia quamuis horum forma diuersificetur in hoc quemadmodum distinguemus in locis suis: et similiter quandoque significat congelationem cerebri et eius mortem. Significationes autem assumpte ex dispositionibus lingue sunt sicut quod lingue multotiens color significat cerebri dispositionem quemadmodum sua albedine significat lethargiam. Et citrinitate sua primo et nigredine sua secundo carabitum: et sicut significat dominium citrinitatis super sanitatem viriditate venarum que sunt sub ea caducationem propterea: et non est quidem significatio ex colore lingue sicut significatio ex colore oculi. Nam illud vehementiorem habet cum cerebro propinquitatem color autem lingue quandoque significatur stomachi dispositionem. Uerumtamen quum scitur quod lesio est in cerebro non elongatur significatio ab eo. Assumpte autem ex colore faciei sunt plures. Et iam quidem scis significationes colorum complexionum. Et eius autem pinguedine et macie sunt: quia eius pinguedo significat dominium sanguinis et ipsius macies cum citrinitate significat dominium cholere: et eius macies cum tenebrositate significat dominium siccitatis melancholice: et inflammatio modica significat dominium aquositatis in sanguine victo: postquam non fuerint iste dispositiones domini principales: et postquam sciueris quod egritudo non est in corpore mutans formam nisi in latere cerebri. Assumpte vero ex dispositione colli sunt quoniam si est forte et grossum significat fortitudinem virtutis cerebri et eius abundantiam: et si est cursum et subtile econtra: et si est preparatum ad recipiendum scrofulas et apata: tunc cum in hoc non est debilitas in ipso: et tunc etiam quod vicinum est ab illo non est cum in hoc fortitudo eius. verumtamen cum in hoc est debilitas virtutis digestiue que est in cerebro propter aliquam speciem complexionis quam narrabimus et fortitudo virtutis expulsiue partes n. colli recipiunt quod cerebrum expellit et carnes molles glandose que sunt in ipso. Et sic est etiam dispositio significationum assumptarum a dispositione vue et duarum amigdalarum et etiam dentium. Assumpte vero ex dispositione membrorum neruosorum inferiorum sunt ex sensu auditionum communitatis: Necessarium n. est ut cerebrum et nuche communicent: sicut qui lesiones super ea peruenit afferunt cerebro speciem egritudinis que est in eis. Et quandoque ad-

uenit eis illud ex cerebro. et neruus quidem qui fortes fuerint et ingrossantur et vie ipsarum fiunt fortes que eis create sunt principales significat fortitudinem et contrarium illius significat contrarium eius.

De significatione communium membrorum quibus communicat cerebrum. Cap. xiiij.

Um membra cerebro communicantia fortia erunt fiunt tamen cerebrum est forte. et si plurimas habet lesiones propter causas manifestas eis ad uenientes tunc cerebrum debilitatur aut leditur: et fortasse sunt operationes ille in membris aliis propter communitatem virtutum cerebri: sicut contingit ut non vadat eger ad vrinam et egestionem indigens eis propter permutationes sensus sicut accidit in lethargia et clausura oculorum vigilantium: aut propter grauitatem motus super ipsum: sicut in eis et in carabito: et sicut defectio transgluciendi et sorbendi in ferac et quando aqua ingreditur tracheam arteriam in illis egritudinibus: et sicut significationes anhelitus. Anhelitus enim quidem abscinditur et destruitur per causam lesionis que est in cerebro peruenientis ad velamen et membra anhelitus: et eius multitudo et magnitudo fiunt magis significantia sibare et strictura et paruitas eius sunt magis significantia dominationem vigilantie et lethargiam.

De significatione membrorum cuius communitate cerebrum patitur. Cap. xv.

Oniam stomachus est ex membris plurimi communicatione sua ledentibus cerebrum tunc oportet ut significet illud ex dispositione desiderii et digestionis et eructationis et singultus et dispositione singultus et nausee et dispositione tremoris stomachalis. In qualitate vero borborismorum secundum stomachum considerest vbi loquemur de stomacho. Et significat etiam ex dispositione vacuitatis et repletionis. Communitas enim cerebri cum stomacho qui est repletus aut habet inflationem apparet in dispositione repletionis eius: et si eius communitas cum ipso propter caliditatem et cholera rubea et dolores ipsorum qui fiunt inde: et ex fortitudine caloris apparet in dispositione vacuitatis: et plerumque fit ex repletionis causa ad equandam complexionem et oppilandum inter rapore calidum et cerebrum: et propterea significatur illud secundum locum doloris in principio sui et ipsius mansione. Egritudines enim cerebri communicatione stomachi facte iam significat dolor qui incipit a synciput. deinde effunditur ad illud quod est inter vtrasque spatulas et sub fortis: apud caput. Et quis egrotat caput in communicatione epatis et est tunc declinatio doloris ad dextram sicut quando fit communicatione splenis et declinatio doloris ad sinistram. Et quisque multiplicat communicatio cerebri cum mirac: et cum eo quod est coram sedet: est ergo dolor declinis ad anteriora valde: et quis communicat matrici et sit cum egritudinibus matricis et eius significationes dicte sunt a ipsius et sit dolor in vertice synciput. Plurime autem communitates cerebri cum membris eueniunt propter vapores ad ipsum ascendentes: et via quidem ascensionis ipsorum aut est illud quod est coram anteriore parte ascensus et sentit ipsius extensionem eius ad superiora: et est extensio ut corda et pulsatio in venis iuxta ipsam: et sentit principium doloris anterius: aut illud quod sequitur partem colli et sentit principium doloris posterius: et tendantur vt corda vene et arterie posite posterius et sentit illic pulsationes.

Quando considerasti accidens membri communicantis oportet ne accidens sit accidens illi membro in seipso sed propter communitatem fuerit quam habet cum cerebro et non propter communitatem cerebri cum ipso. Quis enim significet ex nausea quod egritudo cerebri sit propter stomachi communitatem tunc non elongatur quin oriatur et sit egritudo hec in cerebro patet in oculis [illegible] quod apparet nausea in stomacho nisi propter communitatem suam cum cerebro in egritudine occulta aut que est.

Oportet ergo ut redeas ad precipua que [illegible] bus partis quibus cognoscas egritudines proprias ab egritudinibus communicationis.

De signis cerebri in sua complexione equali. Cap. xvi.

Erebrum in sua complexione equale est quod est forte in operationibus sensibilibus et [illegible] et mobilibus et commensuratum in expulsione eius quod ab eo expellitur et in ipsius retentione et forte ad resistendum accidentibus impedimentorum exterioribus. Capilli habens in pueritia glaucos: et in adolescentia [illegible] rubeos et ad nigredinem declinantes: circa complementum [illegible] et augmenti medios inter crispitudinem et planitiem et ipsorum ortus et tempus nascendi totum est in [illegible] et ipsorum canities non est festina neque tarda ab hora tamen: et caluitium non cito euenit.

De signis complexionum malarum cerebri in [illegible] conceptione. Cap. xvii.

Ustum est. G. quod caliditas generat [illegible] pro [illegible] et alienationem [illegible] et nos illis adiungamus subitationem et [illegible] tem casus in motorum et permutationis voluntatum et quod frigiditas generat stoliditatem et quietem motus: et nos adiungimus illis tarditatem intellectus et retentionem cogitationis et pigritiam. Et quod siccitas [illegible] et ipsam significant vigilie. Et nos quidem in hoc [illegible] vel [illegible] quod non sit ab humiditate [illegible] non est cum grauitate in cerebro et [illegible] ne euacuationis superfluitatum et reliquis significationibus humiditatis. Humiditas enim sola [illegible] sic ipso. Gal. facit insomnietatem sicut in [illegible] ditas vero facit somnum profundum: et [illegible] ma sua conditione predictam. Et G. quidem [illegible] quod significatio ad ostendendum quod complexio est [illegible] nana sine materia est priuatio fluxus superfluitatum significationem male complexionis. Significatio [illegible] ipsa dominet cum materia est fluxus superfluitatum. Et nos quidem perserutemur et dicamus si non sunt [illegible] tiones et debilis virtutis expellit et illius significatio est quod predicimus et perscrutamus. Significatio vero cerebri calide complexionis sunt velocitas [illegible] capillorum in principio natiuitatis aut in [illegible] do ipsorum in principio: et nigredo eorum post [illegible] cedinem velox et crispitudo eorum et similia et [illegible] pletionis capitis et ipsius grauitas ex calidis [illegible] sicut odoribus et similibus et lesio eius ab odoribus [illegible] et paucitas visus somni cum leuitate eius et [illegible] venarum oculorum et acuitas ipsorum et velocitas [illegible] tionis in consilio et voluntatibus sicut est dispositio [illegible] mi et significat illud tactus et rubedo coloris et [illegible] superfluitatum effusarum et expulsarum et qualitas [illegible] in substantia cum comparatione ad alias. Significationes vero complexionis frigide sunt augmentum expulsionis superfluitatum secundum quod ex conditione predictum [illegible] et planities capillorum et paucitas nigredinis eorum et velocitas canitiei et velocitas [illegible] et [illegible] multitudo rheumatismi intus ad palatum et [illegible] coriza propter leuem causam et occultatio [illegible] lis. Et multitudo somni et eius somni est [illegible] dormitantis tardus est palpebrarum motus: et [illegible] tas secundum voluntates sicut est dispositio [illegible]. Sic ce vero complexionis significationes sunt [illegible] mentum superfluitatum et claritas sensuum et [illegible]

vigilando ⁊ fortitudo capillorum ⁊ velocitas nativitatis ipsorum propter siccum complexionis in etate prima ⁊ velocitas calvitiei ⁊ crispitudo capillorum. Sed humide complexionis significationes sunt planities capillorum ⁊ tarditas nativitatis ipsorum ⁊ tarditas calvitiei ⁊ perturbatio sensuum ⁊ multitudo superfluitatum [illegible] ⁊ [illegible] ⁊ profunditas somni subeat. Calide ⁊ sicce complexionis significationes sunt privatio superfluitatum ⁊ claritas sensuum ⁊ potentia vigilandi ⁊ paucitas somni ⁊ velocitas ortus capillorum in principio ⁊ fortitudo ipsorum ⁊ nigredo ⁊ crispitudo eorum ⁊ [illegible] calvitiei velocitas ⁊ caliditas tactus capitis ⁊ ipsius siccitas cum rubedine manifesta in ipso ⁊ in oculo. [illegible] in voluntatibus ⁊ velocitas in eis. Et fortitudo intellectus ⁊ memorie ⁊ velocitas in eis operationum [illegible]. Significationes vero complexionis calide ⁊ humide sunt iste. Nam si complexio illa non est valde remota ab equalitate color est bonus. ⁊ vene sunt [illegible] ⁊ tactus est calidus ⁊ lenis ⁊ superfluitates sunt plures ⁊ magis cocte ⁊ capilli plani declinantes ad glaucedinem absque velocitate calvitiei ⁊ calvitio ⁊ humectatio sint ei velocior. Quod si ab ea fuerit elongata erit egrotativus recipiens casus calidi ⁊ frigidi ⁊ egritudines putridas in substantia sua velociter: ⁊ [illegible] illius cuius est cerebrum gravati perturbati oculi eius debiles ⁊ [illegible] absinenti a somno ⁊ [illegible] debilis ⁊ permutabilis. Significationes autem complexionis frigide ⁊ sicce sunt iste. Nam caput est frigidum ⁊ [illegible] color vene sunt in ipso occulte ⁊ [illegible] capillorum ortus ⁊ sunt castanei ⁊ [illegible] tarditas calvitiei propter siccitatem est magis dominans eius siccitas quam frigiditas ⁊ nocetur frigidis secundum conditiones predictas ⁊ sensus sunt clari in [illegible] sua ⁊ quum procedit in etate debilitatur velociter ⁊ [illegible] apparet spasmus ⁊ contractio in partibus capitis eius ⁊ fit sanitas instabilis. Quandoque enim [illegible] capitis ⁊ viarum apertio ⁊ quandoque est econtrario. In complexione autem frigida ⁊ humida est bonum [illegible] somni ⁊ profunditas in ipso [illegible] sensuum [illegible] malis evacuationis superfluitatum ex capite significat ipsas tarditas calvitiei ⁊ velocitas ⁊ [illegible] [illegible]. Apostematum vero significationes [illegible] dicemus in definitionibus.

De signis causisque egritudinum capitis. Ca.xviii.

b Oe capitulum ⁊ quod est ante ipsum sunt sicut conclusio principiorum que dedimus de dispositionibus significationum capitis. Et oportet quidem ut has significationes servemus in memoria ⁊ non sit necessarium iterare in unoquoque capitulorum in quo loquemur de egritudinibus partium capitis. Quod si nos dixerimus eas in aliquo c. iterabimus [illegible] ad [illegible] ad [illegible] ad hos [illegible] in [illegible] in quibus [illegible] contenti erimus [illegible] quod [illegible] in illo capitulo [illegible]. Similiter oportet ut animum [illegible] super illud quod [illegible] de [illegible] ad canones universales in curis particularibus capitis nisi in quo in universalibus non [illegible] ⁊ est necessarium ipsum dicere in particularibus.

De signis male complexionis calide sine materia. Capitulum. xix.

i Plus significat inflammatio ⁊ privatio gravitatis ⁊ vigilie ⁊ inquietudo in motibus ⁊ permutatio in imaginationibus ⁊ agitatio ⁊ velocitas in ira ⁊ rubedo oculorum ⁊ iuvamentum ab infrigidantibus ⁊ nocumentum a calefacientibus.

De signis male complexionis frigide sine materia. Capitulum. xx.

f Entitur frigus eius privatione gravitatis ⁊ pigritia ⁊ tepiditas ⁊ albedo coloris faciei ⁊ oculi ⁊ detrimentum in imaginationibus ⁊ declinatio ad timorem ⁊ nocumentum a calefacientibus ⁊ nocumentum ab infrigidantibus.

De signis male complexionis sicce sine materia. Capitulum. xxi.

l Enitas ⁊ antecessio evacuationum ⁊ desiccatio strictura narium ⁊ dominium vigiliarum.

De signis male complexionis humide sine materia. Capitulum. xxii.

p Ignitia ⁊ cupiditas cum privatione gravedinis ⁊ paucitas [illegible] eius quod effluit; [illegible] equalitas ⁊ superfluitas oblivionis ⁊ dominium somni.

De signis complexionum compositarum absque materia. Ca.xxiii.

c Ommixtio signorum earum complexionum. Et significatur quidem dominium caliditatis cum siccitate per vigilias ⁊ commixtionem rationis. Et super dominium frigiditatis cum ea per dispositionem similem egritudini que nominatur congelatio ⁊ fortassis advenit ei. Dominium quidem humiditatis cum caliditate significatur ex dominio somni quoniam est propter [illegible] subet [illegible] pluralitas somni. Et dominium frigiditatis cum humiditate per somnum [illegible] ⁊ adiunge ad illud quod audivimus de reliquis signis compositis ex significationibus singularibus.

De signis dominii materierum calidarum. Ca.xxiiii.

c Olence quidem gravitas non [illegible] ⁊ [illegible] dicatio ⁊ inflammatio ⁊ adustio vehementis ⁊ siccitas ⁊ strictura narium ⁊ sitis ⁊ vigilie ⁊ citrinitas coloris faciei ⁊ oculi ⁊ rubedo coloris. In sanguinea quidem significat ipsum augmentum gravitatis ⁊ fortasse associat ei pulsationem ⁊ est cum eo inflatio faciei ⁊ oculorum ⁊ exuberatio venarum ⁊ fortis somnus subet.

De signis dominii materierum frigidarum. Ca.xxv.

f Rigus sensatum ⁊ longitudo lesionis ⁊ eius assiduatio ⁊ privatio rubedinis coloris ⁊ faciei ⁊ oculi sunt cum pigritia ⁊ tepiditate ⁊ albedo coloris faciei ⁊ oculorum ⁊ paucitas caliditatis eorum cum gravitate sensata. Verumtamen illa gravitas cum materia phlegmatica est maior ⁊ est pigritia ⁊ tarditate ⁊ [illegible] subet somni ⁊ oblivione ⁊ plumbeitate coloris in facie ⁊ oculis. In melancholica vero est gravitas minor ⁊ sunt vigilie plures ⁊ alienatio ⁊ cogitatio corrupta ⁊ tenebrositas coloris faciei ⁊ oculorum.

De signis apostematum calidorum. Ca.xxvi.

s Ebris inseparabilis ⁊ gravitas ⁊ pulsatio ⁊ dolor perveniens ad radices oculorum ⁊ fortassis ad exteriora [illegible] cum eo oculi ⁊ permixtio rationis ⁊ velocitas pulsus ⁊ caliditas. Quod si fuerint in ipso cerebro erit pulsus declinans ad undosum: ⁊ si fuerint in velaminibus erit dolor fortior ⁊ pulsus erit declinans ad serratum.

De signis apostematum phlegmaticorum. Ca.xxvii.

o Blitio ⁊ somnus nimius ⁊ multitudo gravitatis ⁊ pulsus undosus ⁊ latus ⁊ excitatur.

De signis apostematum melancholicorum. Ca.xxviii.

v Igilie ⁊ alienatio ⁊ gravitas sensata ⁊ duritia pulsus. Et nos quidem diximus illud cuius nos oportuit rememorari hic de significationibus

debilitatis cerebri et fortitudinis eius et signis humo-
ris in ipso dominantis et significationibus egritudinum
eius propriarum: et que sunt propter cōitatem cōside-
tes in eo quod allaturi sumus de hoc in c. de soda. Il-
lic ergo requiratur. quoniam in loco illo afferetur et ex eo
perveniemus nos ad reliqua capla.

De canonibus universalibus curationis. Ca. xxix.

Quum materiā eius declarare voluerimus. cōtem-
plamur tunc si significatio ostendit
sanguinē cū ipsa abundantē esse et in sanguine
non est diminutio. quicūqʒ sit materia incipiemus a phle-
botomia cephalice et venarum capitis predictarum in
ea phlebotomie sicut venarum frontis et nasi et venarū
partis auris: et oportet ut fiat earū phlebotomia in cō-
traria parte doloris quia lites est magna et sanguis domi-
natur minuemus quidē et non declinamus nisi ad di-
minutionem et si alii etiam dominentur humores tamē
ab ea incipiemus. quoniam phlebotomia est cōmunis
humorum evacuatio. Quod si materia fuerit sanguis
tantum sufficiet phlebotomia completa et sola. Et si fue-
rint humores alii considerabimus tunc si est cum com-
munitate corporis totius evacuabimus corpus totum
deinde intendemus ad caput solummodo. Et admini-
strabimus evacuativa que sunt ei propria ad hoc tamē
non pervenimus nisi post corporis totius eva-
cuationem si fuerit in corpore humor et totum illud fa-
ciemus si sciverimus materiam in ipso esse decoctam. Et
illud quidem cognoscitur testimonio eius quod ex ip-
so educitur si nō fuerit subtile valde aut valde grossum.
Et si egritudo iam pervenerit ad statum et nos iam pro-
cessimus cum digestione que fit in unctionibus et embro-
cis et emplastris digestivis: evacuabimus ex capite proprie
per gargarismum si non timuerimus nocumentum in
pulmone et fluxus evacuati per gargarismum non fue-
rint de genere humoris acuti et mordicativi et homo nō
fuerit susceptibilis egritudinum pulmonis et fuerit ei po-
tentia cavendi a fluxu eius male ad pulmonem: aut fuerit
dispositio capitis vel maioris solutionis eius dispo-
sitione pulmonis. Et administrabimus etiam odori-
fera apertiva sternutationem facientia et caputpurgia s.
pulveres vel liquores qui per nares mittuntur et embro-
cas que materias de capite deponant. Et quandoqʒ fiet
etiam emplastrum capiti post abrasionem capitis ex medici-
nis solventibus genus humoris qui est in ipso quum
non timuerimus ex illo emplastro corruptionem comple-
xionis et consideraverimus quod materia effusa facilis fuerit
ad evacuandum: et cum hoc cavebimus ne evacuatio
addatur et ea solvat quod subtile est et retineatur gros-
sum. Via autem qua ad hanc intentionem pervenia-
mus est ut evacuemus post lenificationem factam cum
lenificantibus digestivis. Quanto enim magis ergo evacuati-
onem administraverimus ipsam sequi faciemus lenifi-
cationem. Et cavebimus in evacuationibus humo-
rum acutorum in quibus procul dubio necessarie sunt
medicine calide in quibusdam horis sicut sunt hiere et
scamonea et turbit cum siccado ne post contingat ma-
litia complexionis calide. Verum elaborabimus ad hoc
ut non remaneat post eas illud: et illud est ut succurra-
mus solutioni facte per eas et evacuationi pervenienti per
gargarismata et reliqua cum emplastris infrigidativis et ut
caveamus eorum administrationem nisi post solutionem
sumptam ex consuetudine egri quod illud quod ipse bibit
de hoc solvit ipsius et evacuatio ita ne sit potio nostra ei cā
ad perveniendum ad corruptionem quod si humores fuerint
non digesti digeremus prius utrasqʒ partes eorum sicut
rememorabimus et si humores fuerint ascendentes a la-

teribus aut corpore toto trahemus ad contrarium. Et si
fuerit ex inferioribus corporis totius administrabimus
clistere et suppositoria et ligaturas extremitatum et propter
pedes vel emplastra supponantur extremis et extrahantur
membra. Verbi gratia si fuerit stomachus cum hepate
aut splen. cum eo quod ei est proprium et similiter uni-
cuiqʒ membrorum et regemus totum secundum reg-
imen suum quod est ei proprium. Isti ergo sunt cano-
nes universales de esse materierum. Et quoniam ma-
teria evacuata fuerit tunc si causa ipsius provenit mali-
tia complexionis medicabimur per contrarium. Et re-
autem in quo materie humorum diverse que sunt in ca-
pite cōficiant secundū intentionem cauterii autem est ut fi-
at cauterium ubi pervenerint index et anularis [illegible]
ab extremitate nasi et ubi pervenit medietas [illegible]
longitudo est ab aure ad aurem capitis [illegible]
Nunc autem ad distinguendum redeamus. San-
guis quidē in toto est corpore et in capite maxima cu-
bitus cōmittitur phlebotometur cephalica. Sed si non
dū continetur: sed est in hoc ut cōtineatur [illegible]
gra i. media que matrix dicitur: et si timeatur cephala-
gia antequam incipiat pervenire ad hoc et contineatur
eius si contingat per causam attrahentem humorem [illegible]
cum capitis ex caliditate eius inferiori aut percussione
reliqua phlebotometur basilica: et si vis ut extrahas plu-
rimo phlebotoma saphenam. Et eruri [illegible]
pone super calcaneum parum et phlebotoma [illegible]
pedis. Et si fuerit propter cōmunitatem membrorum phle-
botoma venam utriusqʒ cōmunem: si vis evacuare [illegible]
hodie simul et materia ē quieta et si vis [illegible]
tem cum evacuatione membri cōficiantis phlebotoma
veni in cōficiante membro accidente cum egritudine [illegible]
dat in cōtrario partis capitis. Simpliciter qui [illegible] ad
caput solū: aut sanguis a principio non soluendus [illegible]
tunc quod fuerit eidem in vel minibus [illegible]
na secundum quod rememorabimus in egritudinibus par-
ticularibus: aut egritudo sentiatur propinqua [illegible]
et vis curam facere appone ventosam [illegible]
fistula aut nō separatur eius attractio ad [illegible]
nis phlebotoma venas frontis propter si colle [illegible]
mus. Et post acceptionem quidē sanguinis [illegible]
evacuativa que sunt ex [illegible]
et si remanet necessitas administretur clistere. Et si egri-
tudo fuerit prava sicut [illegible] apoplexia sanguinis
phlebotoma ex quidē i. vena que est in [illegible]
[illegible] Digestiva vero si materia fuerit phlegmatica [illegible]
cholica sunt materia medicinarum que in eius digestione ad-
ministrantur in quibus est subtilitas et incisio [illegible]
verbi gratia amaracus et folia lauri et [illegible]
bicum et abrotanum et squinantum et camomilla [illegible]
lilotum et anetum et polypodium et epithymum [illegible]
magis propter melancholiae et [illegible]
et ruta et albernegi [illegible]
quod iam scripsimus [illegible] resolutionis et digestionis
dicimus calidarum [illegible]
melancholica diversa [illegible]
[illegible] medicinarum [illegible] materia [illegible]
[illegible] et vehementia [illegible] ponentur medicine
calide fortes ita ut sint [illegible]
et reliqua [illegible] materie [illegible]
[illegible] valde et timemus quod [illegible]
totalitas et faciet extensiones dolorosas et [illegible]
ut incipiamus et [illegible]
piat. [illegible] in digestione humorum [illegible]
[illegible] cura et emplastro [illegible]
Et administra [illegible] ligationes [illegible]

Quod si fuerit pauce quantitatis et fuerit debilis qualitatis contenti erimus eis in quibus non multa existat calefactio secundum subtiliationem que sunt in gradu primo et si fuerit media mediis. ¶ Mo si materie melancholice fuerint non erimus contenti illis medicinis ita ut in decoctionibus addamus et precipue si fuerint melancholica preter naturam imo sit adusta. Sed indigebimus in maturatione materie melancholice lenificatione et humectatione preculdubio. Deinde succedimus eis maturantibus resoluentibus subtili resolutione que sunt in gradu secundo et tertio. Et melius est ut coniungas lenificantia et humectantia cum calidis incalefacientibus resoluentibus. Materie vero calide digestionem faciunt mediante eius aggregatione substantie et aptione cum hoc et incisione. Et illa quidem sunt infrigidantia et humectantia in quibus est abstersio et ablutio sicut aqua ordei et lac capre, ac recenter mulsum. Lac tamen vitet qui ex eius debilitate cum sedis habuerit et vigilias que sunt cum illis conditionibus. Et vtatur aquis in quibus decocta sunt solatra et viole et nenufar et virga pastoris et herbe frigide omnes descripte in tabulis suis que sunt medicina regularis mixte cum aliquanto aceti ut eas profundet et penetrare earum penetrare faciat. Quod si in eis fuerit parum grossitiei addantur camomilla et malua. Et si fuerit eger vigilie afficitur et voluntas fuerit ne vigilet ponatur in eis cortices papaueris. Dico autem quod accidit communiter omnibus materijs. Eius enim infrigidatio possibile est et leui causa frangatur amplius tenacitas profundans eius cum medicinis et ipsius infusio hoc quidem est quando administrantur in materijs frigidis. In maturatione autem medicinarum calidarum non eligitur supra ipsam. Et olea calida omnia dicta in antidotario que sunt ex oleis odoriferis et floribus et plantis ingrediuntur in digestione frigidarum. Et si materia fuerit vehementer frigida et eius multe quantitatis aut difficilis resolutionis tunc olea adhibenda sunt que sunt facta cum gummis calidis et speciebus fortibus odoriferis et oleum de bedes et lambacinum et de narcisco et lilio et zafarano et lauro et amaraco et de duabus speciebus aut oleum olive in quo decocta sunt ruta humida aut calamentum aut anetum humidum aut camomilla humida et his similia de quibus rememorabimur in antidotario et ille colligat. Additio autem balsami propter suam subtiliationem velociter resoluitur et non multum prebet iuuamentum in epithimando et in vngendo conueniente facto mundari. ¶ Et hoc quidem materie opponimus euacuando et trahendo humori contrarium et iacendo vtrique simul. Attractio vero ad contrarium est attractio que fit ad manus et pedes et illud iuuat ipsorum fricatio cum sale et oleo et vnctio cum oleo camomillino secundum oppositionem cum ea que ipsa egritudine administramus hoc est exercitium in quo leuatur caput ita ut non moueatur cum corpore et non moueatur nisi inferiora tantum et est exercitium in quo homo suspenditur in funiculo pendet ex parte et retinentur superiora corporis eius et non cessat mouendo pedes et sequitur ipsum et hoc post euacuationem. Fricatio vero extremitatum et earum constrictio a ligaturis ad inferiora et huiusmodi et propter quam debet. ¶ Et quandoque purgatur caput solum lenitiuo sicut incatione et expeditione donec ad peruenerint partem et administratione odorum ex sicut fit in fine lethargie. Rasio et aggregatio duo regimina simul sunt clistere et suppositoria et diuretica et sudore procurare secundum materia et virtutem et alia que ministrata sunt in antidotario. ¶ Solutiua autem que euacuant caput cum communi corporis sunt pillule de hiera et pillule cho

chie et pillule de sticados et iste que conuenientiores sunt humoribus adustis in quibus dominatur cholera et in quibus cum hoc est grossities vnde sunt sicut communicantes cholericis et phlegmaticis. Et omnibus illis fortius est infusio aloes que sit cum aqua endiuie et propter eius quod est fortius ex eo est illa que scripta est in antidotario aut infusio de hiera et vomitus ex oxymelle cum se. simplicis. ¶ Decoctio vero myrobalanorum et prunorum et fumiterre et sirupus de fructibus et sirupus violaceus et decoctio cassie fistule et que sunt istis similia facta fortia cum scamonea et reliquis secundum dispositionem corporis et vacuitatem ipsius a febre eius aut essentiam eius in ea secundum dispositionem etatis et virtutis et horam similium sunt conuenientia humoribus cholericis subtilibus. ¶ Verum hiera archigeniis et hiera ruffi et hiera logodion et hiera Gal. et pillule facte cum lapide lazuli et elleboro secundum quod rememorabimur conueniunt humoribus crassis et melancholicis. Et similiter omne in quo recipitur sticados. Et vtrisque etiam conueniens est vomitus factus ex porro oxymellis et semine raphani et pulpa colloquintide cum reliquis medicinis mouentibus humores viscosos ex eis quas terminauimus et diximus et reliqua composita distincta in antidotario secundum quod ipse ordines habent. Primus est quod est cum hiera et turbit et epithimo et agarico et castoreo et que istis sunt similia et pillule magne. Deinde hiere. Deinde duo belli niger melancholice et album phlegmatici et cetera. lapis lazuli et lapis armenius absque cautela et timore. Et oportet ut inopinamus a debiliore et gradatim et cetera mus donec sciamus ex dispositione egritudinis quod ipsa iam est abscisa. Solutiua vero facilia ad purgandum caput sunt vel assiduatur ex quibus sumitur pillula magna vel parvum pondus operatione efficacissima cum modica et non nocet propter paruitatem suam et ratio et dormiatur super ipsam ne destruat motus et vigilie eius operationem. Et canon quidem in eis est aloes et hiera deinde cadit in eis mastix ad confortandum stomachum et recipiantur in eis myrobalani ut prohibeant vaporem acutum calidum si in stomacho generatur a capite quod si voluntas adest ut humores cholerici educantur sit in eis iuuamentum cum scamonea et similibus ei. Et fortasse vtinur scamonee cum aloetica administratio propter purgationem ipsius cerebri aut stomachi si egritudo cerebri est cum eius communitate prohibet enim calefactionem superfluam propter superfluitatem more ipsarum et excitat eas abbreuiatas a complendo purgationis eo quod innititur ad purgandum. Quod si voluntas adest ut iuuamentum fiat in extractione humorum phlegmaticorum iungetur cum pulpa colloquintide et cum .3. et turbit et sticados. Et si adest voluntas ut fiat hoc in humoribus melancholicis iungantur cum pauco elleboro et epithimo et polypodio et eis similibus. ¶ Et sunt pillule magni diuersitatis descriptionum quas reperies in antidotario et scies ipsarum iuuamentum et ipsarum electionem. Inde ex mundificatiuis autem que capiti sunt propria sunt gargarismata in quibus omnibus aliquid sit administrandum. Quod si humores fuerint cholerici parum non vtaris in ipsorum mundatione gargarismate timendo descensum ipsorum ad pectus quum iam adeo sunt superfluum acuitate ex medicinis purgantibus acutis. Nisi subtilitas cholericorum cum facilitate et subtilitate et quod sit cum eis compositio non multum agit in gargarismate. Quod si aliquid horum est iuuamen oxymel de seminibus cum endiuia solummodo. Et oxymel squilliticum et oxymel recipiens scamoneam et aquam lupuli et aquam prunorum et sirupus violarum et tamarindi cum pauco scamonee et que huius curam producunt.

¶ Quod si humores cholerici fuerint cum grossitie tunc gargarisma fiet cum aliumi et aloe et hiera et oxymel de sc. et squilitico cum hiera: et ex his fiet illud cum scamonea et pauco turbit: et supra illud nihil addatur. ¶ Quod si humores fuerint grossi phlegmatici tunc addatur supra illud pulpa collo. et 33. et sticados et turbit et hiera archigenis et basilidis et fortasse ad gebis vt cum eis administres sinapim et piretrum et piper cum mastice: et vis propter illud fortitudinem operationis medicine qui fuerint humores vehementis fortitudinis: et similiter fortasse facio masticare piretrum et piper et 33. et acorum ita vt perueniat ad vltimum ad staphilagrium: et que eis sunt similia. Et in his quandoque admiscentur substantia sicut hisopus et cinamomum et cassia lignea et origanum et corticeis radicum capparis mentastri et que eorum cursu procedunt. ¶ Sternutatoria autem que conuenit humoribus cholericis sunt sicut vapor aceti in quo parum castorei dissolutum est et odor foeni graeci acetosi. Et phlegmaticis conuenit et piper et cepe et alium et sinapis et nasturtium et baurac et que cursu eorum procedunt. Et in his medicinis quandoque assumimus epithimata et accipimus ex eis epithimata super tempora. ¶ Caputpurgiorum autem alia sunt vt per ea perueniat infrigidatio et humectatio et alia vt resolutio et alia vt confortatio. Quisque caputpurgia administras resolutiua confortantia gradus in ipsorum administratione obserua: administra itaque ea prima vice cum oleo ro. et lacte et que tali cursu currunt: et vice secunda cum expressione sidec et similibus et tertia etiam vice cum aqua amaraci et similibus. Quod si principium materiei et vaporum non est nisi a stomacho attende substantiam humoris in stomacho et procedentem quam comprehendens per ea que scies in capitulo egritudinum stomachi et curationis eius. Quum autem materia descendens est vaporosa aut ventositas reficit oportet vt eos resoluas cum aqua in qua decocta sunt sticha et epithymum et albasec et medicine predicte in capitulo sireon: et distilletur etiam oleum sambacinum et laurinum et amaracinum in aure. ¶ Quum autem corpus cerebri vis confortare et prohibere humores cholericos ne a stomacho ad ipsum ascendant: et ab eis que sequuntur ipsum oportet vt ipsius cibos fructibus acetosis et proprie granatis acetosis et pomis et piris et acerbis et proprie post cibum. Curatio autem eius in oppilationibus sit cum embrocis aptimis semper. Et oportet vt sit effusio eis embroce administratio in omni accidentia loco alto vt eius virtus plurima pendeat et caput prepatur vt cadat super principium super posteriorem capitis partem et membra dura et sint etiam masticationes paruule de sesar et olea resolutiua. Et si egritudo fuerit ventositas in stomacho purga deinde affer oleum ro. dulce cum aqua decoctionis radicum et fenugreci et coriandri et his similibus aut affer oleum cum infusione aloes: aut cum coriandro et his similibus. Quum autem curas apostemata calida oportet vt in eis incipias primo cum eo quod expellit quod facit infrigidantibus predictis mixtum cum aceto et aqua ro. nisi illic fuerit dolor vehemens: tunc enim aliena acetum et cadat in eis administratio olei ro. infrigidati sufficienter non tamen superflue commixti cum aceto multo: aut pauco in fronte et capite: et aqua vue lupine et sandali et croco et sandalo et sisimenite et bolo armeno et lentibus excorticatis et similibus: et aquis in quibus cocta sunt stiptica frigida. et ex calidis stipticis confortatiuis in quibus etiam sit compositio et commixtione eorum frigoris sicut aliubus. Curatio vero a medicinis vehementer frigidis facta ex eis que sunt sicut papauer et opium et reliqua est tibi necessaria nisi apud vehementem necessitatem et fortem dolorem. Et camomilla quae frangit aliquid ex acuitate narcoticorum in epithimatibus. ¶ Vomitus vero est ex eis in quibus non sit iuuamentum in curis egritudinis capitis nisi fiat propter comitatem materiei in stomacho: et melior modorum expulsionis eius est vomitus. Inquit G. non est dispositio soda in vehementi necessitate narcoticorum sicut dispositio colice. Colice enim dolor quando eis peruenit ad hoc vt pimat. Sed soda non est sic in vehementi necessitate narcoticorum secundum plurimum quia si materie non fuerint vehementis acuitatis administrabis aquam fructuum stipticorum predictorum. Deinde vero materiae minus remanebit in materiis acutis postea administrabis in quo sit parum resolutionis sicut aqua in quibus decocta sunt ordeum fractum et radices apii.

Et ex oleis oleum camomillinum recens solum: aut mixtum cum oleo ro. secundum acuitatem egritudinis et substantiam materierum et propinquitatem temporis status. Et post ipsum ex aquis in quibus cocta sunt radices apii et feniculi et furfur cum seminibus suis et fenugreci et milium et corona regia et alacoe alba. Et ex oleis oleum anetinum et similia etiam dum peruenit ad statum et post statum tunc. Et etiam emplastra que fiunt ex his. Euacuatio autem necessaria antecedat in eis secundum materiam. Et administrent in cibando habentes apostemata cholerica proprie medicine leuiter humide. ¶ In apostematibus vero frigidis incipiatur primo sicut in aliis cum repercussione et administremus in eis illud in quo coquitur de keiua et oleum amigdalarum amararum et pira et similia: et reliquis potentibus notis cum aqua radicum.

Et oleum fumo ex apostemis oleo ro. in pompeo et misce cum eo substantia sicut albasec et calamentum et castoreum proprie deinde administra squillam proprie et acetum eius faciendo emplastrum aut gargarisma si fuerit illud possibile. Et fortasse sumunt in potu sibi rei vatis tertio aut. et proprie patientes letargium deinde administra maturantia in quibus sit mollificatio et parum resolutionis et de quibus predictum est deinde post illud et apud statum administra apud vtrasque resolutionem frigidam et calidam mollificantia. Et sit administratio frigidorum mollificantium integre et resolutiuorum cum nigrorum ex emplastris aquis et oleis. ¶ Et scias quod omnes conqueruntur de egritudine facta in capite nocet frigus et mora in balneo. Et omnis qui habet egritudinem in velaminibus cerebri leditur ab aqua frigida vehementer. ¶ Curationes autem malitie complexionis calide solum sunt cum eo in quo est infrigidatio et humectatio oleis frigidis infrigidantibus sicut oleum rosaceum et nenufarinum et violaceum et elegantius illis est oleum nenufaris et oleum de seminibus cucurbite et citroli et de seminibus lactuce et oleum de se. papaueris et fortasse vtuntur oleo de seminibus iusquiami quando vehemens est dolor. Et melius ex illis est cum radix expressa est ex oleis que emittuntur tinent non salsitie et folia eius in quo cremata fuerint dicantur et est recens. herbas vero et que herbarum cursu procedunt nosti omnia. Et ipse quidem sunt sicut lactuca et portulaca et rasura cucurbite et que sunt illis similia: et etiam folia nenufaris et virga pastoris et semperuiua et aqua citroli et cucurbite et similia eorum cum aceto et aqua rosa. et canfora et sandalo et acatia et lentum cum oleo rosa. et aceto. Et non peruenies illud vsque ad ea in quibus est vis narcoticandi et congelandi spiritum nisi propter vehementem necessitatem. Inquit G. et non oportet quod vi aceti sit vehementis acuitatis et ventositas in ipso existit nocumentum. Et ex illis quod sit mucillago psilii cum aceto et aqua coriandri et folia eius. Et os vt aliene hec emplastra et epithimata a posteriori cerebro quod est neruorum origo. hec enim non iterum cerebrum nisi ex via commissure que est in principio cerebri.

fit coronalis. Ex via autem posterioris cauendum est ne perueniat ad ipsum cerebrum ⁊ corrumpat ordinem neruorum. Ex eis autem quibus fit curatio est vt olfaciat odores frigidos ⁊ fiat eis caputpurgium cum his oleis ⁊ expressionibus. Et sint cibi ex lentibus decoctis ⁊ ex faseolis ⁊ ordeo fracto ⁊ spinachijs ⁊ cheiri (?) solocarua ⁊ ciceribus fractis ⁊ que illis sunt similia. Et sternantur iste herbe ⁊ folia in mansione eius ita vt sit in domo in qua strati sunt rami infrigidantes. Et quandoque precipitur vt in ea sint scecebras (?) ⁊ folia alcanne. Et cubitus qui rectius est vt sit propinquum in eo ex scecebras quod est aspersum aqua frigida. Et similiter iuuat eum fumus frigidi ⁊ glacies ⁊ aque copiose quod si non inuenerimus cum caliditate siccitatem sed humiditatem absque materia ⁊ hoc valde parum est in egritudinibus cerebri tunc facies epithimata ex aquis fructuum in quibus est stipticitas: quemadmodum diximus: ⁊ precipue in principio apostematum calidorum. Et oportet quidem vt omnes illi prohibeantur a motibus animalibus ⁊ intrinsecis ⁊ agitatione pupille ⁊ suis aspectibus ⁊ abstineantur ab aspiciendo coloresscilicet diuersos ⁊ pictura: ⁊ similiter eorum audiens regatur: quod si est mala complexionis frigide administra epithima ⁊ aquas simplices ex medicinis calidis predictis: ⁊ olea predicta precipue oleum nardinum calefactum: ⁊ si necessarium fuerit vel ipsis addatur confortatio admisceat ei euforbium. Et similiter oleum laurinum ⁊ amaracinum ⁊ his similia. Et si cum hoc est mala: ⁊ mala est naturalis aut phlegmatica calefac ipsum cum humectatione: sed si fuerit adusta aliena quod desiccatum calefacit ⁊ sis continuus humectationi ex lactibus ⁊ oleo violaceo. ⁊ embrocis ⁊ emplastris ex cibis: quod si cum frigiditate est siccitas aggrega etiam inter humectationem ⁊ calefactionem. Et si cum siccitate est humiditas administra euacuantia predicta ⁊ medicinas in quibus est desiccatio cum caliditate de illis quas tibi diximus in tabulis. Et oportet vt tu scias quod liquida administrantur super caput destillando sicut diximus: ⁊ administrantur retenta in retentione facta ex pasta aut lamina (?) qua caput coronatur. Et sit ipsorum effusio ab eo quod est coram anteriora parte synciputis. Et quod ex eis est sine non oportet vt linimentum eius super ipsum dimittatur sed lauetur. ⁊ non dimittatur ipsum in retentione coronali tempore multo: Sed remoueatur quoniam ipsum velociter putrescit. Et melius hoc est vt administretur post abrasionem: ⁊ similiter omnia emplastra ⁊ unctiones. Nunquam cibas patientes egritudines capitis materiales sicca extrema ⁊ dura (?).

Tractatus secundus de doloribus capitis qui sunt sine (?) capite: ⁊ conforta eum apocrusticis speciebus sode.

Sermo vniuersalis de soda. Ca. j.

Soda est lesio in mem-

bris capitis. omnis autem lesionis causa est mutatio complexionis: aut eius diuersitas: aut est solutio continuitatis: aut aggregatio amborum simul. Mutatio autem complexionis est via de sedecim notis quamuis humida non faciat dolorem nisi cum materia mota ad solutionem continuitatis. Et continuitatis solutio nota est: ⁊ eius species secundum causas ipsas sunt note. Duarum vero causarum dolorum concursus simul est in apostematibus. Et apostemata sicut nosti numeratas habent species. Et eorum species sunt quattuor. ⁊ omnia illa quandoque sunt in substantia cerebri ipsius: ⁊ quandoque sunt in velamine circundante ipsum: ⁊ quandoque sunt in duobus velaminibus circundantibus ipsum: ⁊ quandoque sunt in venis: ⁊ quandoque in panniculo extrinseco a cranio propter illud quod est inter ea de suspensorijs predictis in anatomia narrata. Et quandoque fit causa ledens quod cumque horum membrorum fuerit causa missa in membro ipso: ⁊ quandoque fit propter communitatem non integram: aut membri inter quod ⁊ membra capitis continuatur mediatione neruorum sicut stomachi ⁊ matricis ⁊ velaminis ⁊ aliorum membrorum si fuerint: aut membri inter quod ⁊ cerebrum continuatur inuolutione venarum facta ex venis ⁊ arterijs: sicut cordis ⁊ epatis ⁊ splenis aut membri vicinantis ei alia vicinitate sicut pulmo positus sub eo ⁊ adducit ei nocumentum: aut membri communicantis membro vno modo ⁊ cerebro alio modo sicut communitas eius cum renibus in doloribus ipsorum: aut propter communitatem corporis sicut fit propter febres. Que autem est cum communitate quandoque fit cum periodis ⁊ paroxismis secundum periodos ⁊ paroxismos cause que est in membro communicante sicut que fit propter communitatem stomachi quum est propter effusionem materierum cholericarum ⁊ aliarum ad ipsum cum periodis sicut que fit cum periodis augmenti specierum febrium. Et soda quidem diuiditur alio modo. Nam ex ipsa est cuius causa est aliqua specierum primitiuarum sicut soda ebrietatis. nam dum perseuerat soda ebrietatis ⁊ non fit fixa propter firmitatem cause augmentationis illa generatur ex ea ⁊ sicut soda propter comestionem rei calide sicut alliorum ⁊ reliquorum. Et ex ipsa est cuius causa est antecedens iam collecta ⁊ est mansiua ⁊ manet ipsa propter eam. Et quandoque est accidens deinde fit egritudo ⁊ quum remanet egritudo post febres acutas nunciat egritudines cerebri ⁊ significat defectum nature ab expulsione materiei perfecta fluxu sanguinis per nares ⁊ reliquis. Ex egritudinibus sunt quibus nunciatur suber aut apoplexia aut demonium aut mollities aut surditas secundum substantiam materiei ⁊ secundum motum eius. Soda quoque diuiditur secundum loca sua. quandoque enim est in vno laterum capitis ⁊ que ex ea est consuetudinaria nominatur emigranea ⁊ quandoque est in anteriore capite ⁊ quandoque est in posteriore capite ⁊ quandoque totum caput continet. Et que ex ea est consuetudinaria inseparabilis nominatur ouum ⁊ galea (?) eius assimilatio est ouo armorum quod super totum caput comprehendit. Et soda etiam diuersificatur secundum fortitudinem ⁊ mediationem ⁊ debilitatem. Soda enim alia est valde fortis ita vt quum obuiat synciputi infantis leuia habentis ossa separat ipsum ⁊ frangit commissuram eius ⁊ alia est que est debilis sicut plurimum fit in lethargia. Et debilis quidem alia est que est inseparabilis ⁊ alia est que est non inseparabilis. Et quandoque soda cuius causa est debilis accidit quibusdam ⁊ non alijs. accidit ergo ei cuius cerebri sensus est fortis ⁊ non accidit ei cuius cerebri sensus est debilis. Et vniuersaliter quidem cuius cerebri sensus est fortis ipse est aptus vt recipiat sodam ex omni causa faciente sodam ⁊ si debilitatur. et omnino tunc cerebrum velociter recipit facientia sodam aut propter debilitatem suam ⁊ tu quidem iam scisti in vniuersalibus quod debilitas sequitur maliciam complexionis aut propter fortitudinem sui sensus ⁊ leditur ab omni causa ⁊ sit lesio ⁊ iterum soda alia est cui non sunt accidentia ⁊ alia est que ad accidentia perducit partibus capitis propria sicut si proueniat ex fortitudine doloris apostema in partibus capitis. ⁊ alia que perducit ad accidentia peruenientia ad membra sicut est lesio ⁊ nocumentum ⁊ apostematio quae (?) radices

neruorum et perueniat spasmus aut perueniant inde aliquid ad stomachum et contingat casus desiderij et singultus et nausea et debilitas digestionis et similia. Et scias quod soda temporalis aut fit propter plectoram aut propter malitiam aut debilitatem capitis aut ex apostemate incipiente indurari aut iam indurato. et est illud quod plurimum est.

Et soda quidem et omnes egritudines diuersificantur: quoniam egritudo est salua: et salua quidem est in qua non prohibetur de regimine eius quod ei sit necessarium in se ipsa. et alia est que non est salua: cum sit habens sodam: et fortasse prohibet ex regimine suo necessarios: sicut si sit soda et rheumatismus: nunc fit contrarius rheumatismus soda in necessitate regiminis quam habet. Soda quoque diuidit quoniam secundum alias considerationes. Soda namque alia est que accidit subito sano non habenti egritudinem. Et alia est que accidit habenti apostemata et labores. Et ex corporibus quidem sunt quedam que sunt preparata sode: et sunt corpora que habent caput debile et membra digestiua debilia: quare in eis plurimus generatur vapor effundens ad stomachos eorum humores cholericos facientes sodam. Et iterum in receptis sunt quedam que faciunt sodam iam predicta in tabulis medicinarum singularium. Et omnia alleviativa sunt facientia sodam: et proprie casia lignea: et costus et zafaran et cinamomum et amomum. Et omnia aromata sunt facientia sodam sive sint calida sive frigida. Verumtamen quum succedant expellunt. Et quum perdit illud quod nocet quum caliditate vaporis sui. et succedit ei quod vapore facit frigidum: aut econuerso. Quum autem lesio sit non qualitate solum sed quantitate: nunc non confert ipsorum successio immo nocet. Et soda frigida quandoque multiplicatur constricta in hyeme. Et quando estas fuerit septentrionalis pars pluuiosa. Et quum autumnus est meridionalis pluuiosus multiplicatur soda in hyeme. Soda vero plurimum fit propterea quod arterie afferunt capiti vapores fraudulentos.

De soda facta ex malitia complexionis. Ca. ii.

vsq; ad motũ palpebrarũ: τ remanet ex demonio alie natio intercisa cũ defectu sermonis τ paucitate plurẽ secundũ hoc prouenit plurimũ colligere villos τ pale am. Et in pulsu fit augmentũ debilitatis τ paruitatis τ duritiei ꝓpter siccitatem. Et quandoq; sibare non est simplex pura. Quare ipsorũ dispositiones diuer sificantur in sermone τ memoria τ motib': plurimũq; sunt ordinati τ plurĩq; inordinati. Et ipsius quidẽ cu ra est cura sirsen cholerici cũ additione in humectatio multa. et oportet vt extremorũ ligatio assideat.

De litargia que est sirsen frigidũ cuius interpreta tio est oblivio. Cap.vij.

Litargia dicitur apostema phlegmaticũ qđ fit intra craneũ τ est sirsen phlegmaticũ τ plu rimũ quidẽ eius fit in membris substantie ce rebri absq; vel ambitus τ ventriculis τ substantia medu lle: qm phlegma raro cõgregatur τ penetrat in panniculis cerebri propter ipsorum duritiem neq; in substantia cerebri ꝓpter ipsius viscositatẽ sicut etiã plurimũ sirsen dum plurimũ est cholericũ τ raro fit phlegmaticũ pro pter grauitatem penetrationis phlegmatis in substantiã ce rebri τ. i. stãtẽ neruosum durã. Licet sit possibile alia illud in paucis ambarũ: possibile est enim vt cadat hoc apostema in substantia cerebri τ in eius velaminibus. Et hec quidem egritudo nominatur nomine sui ac cidentis. Veruntñ litargia vtiliter fallitur est oblivio. Et hanc egritudinẽ comitatur oblitio τ ꝓpter nomen eius errant in ipsa plures medicorũ ignorantes quia no in ipsa est egritudo facta ex apostemate frigido nõ existimant ꝙ hec egritudo in seipsa sit oblitio. Quo rũdã medici sunt qui nominant letargiã omne apostema frigidũ in cerebro siue sit melancholicũ siue phlegmati cum. Veruntñ plures antiquorũ phlegmaticũ hoc no mine approp͛iauerũt τ nam est vt in ipso nõ sit ma q;. Et huiusmodi quidẽ egritudinis materia ꝓpria est materie sadus: sed est vehementius confirmata. Et hec egritudo generatur ab omni quo generatur humor phlegmaticus τ in quo sunt vaporatio τ putrefactio. Quapropter plurimũ generantur a comestione aque. Et generantur ex repletione nimia stomachi τ multitudi ne potus τ multitudine comestionis fructuum.

De signis eius. Cap.viij.

Sunt fodia lenis τ febris lenta: τ ꝑficit sicut febris in omni apostemate facto ab hu more putrefacto. Et propter hoc sparsim a sube. Veruñtamen ipsa est lenta quoniam materia est phlegmatica. Et hec quidem febris quandoq; non sol uitur cũ ea τ fit cũ ea subet grauis. Et est enim habẽs aperit oculũ sic claudit τ fit cũ ea oblitio: τ ipsius cu rus τ tardius valde debilis. Et fit quasi eum stimulat pauli per τ cũ sputo τ multa oscitatione τ apertione eius τ ipsius clausione: τ qñq; remanet eius os post oscitatio nẽ apertũ ꝓpter oblivionẽ ꝙ oportet eũ ipsum clau dere τ ꝓpter pigritiã ab eo: τ si voluerit claudere et add ei singultus ꝓpter cõtrarietatẽ illius. Et albedo in lingua ni grina in respõsione τ in motu palpebrarũ τ clausio ad lectum. Et egestio secundũ ꝑs est humida τ fit secũ similiter τ tẽperate. et vrina est sicut vrina asinorũ. Et qñq; ac cidit ei tremor τ sudor extremitatum. Et fit cũ diuersi te humanũ karabitũ. Ipsi n. i lecto suo perpetuo vidẽt ra bitũ vel habẽtes clarant: τ pulsus ipsorũ fit magnus vel rarus tardus tremulus vndosus sicut pulsus ꝑipneumonici. Veruñtñ fit maioris latitudinis τ lõgitudinis τ tardior τ forti'rarus τ mino'diuersitatis: qm nocumentũ cordis ab ea factum est mino'. Et cadit in pulsu ei' casus in medio ꝓpter quia virtus vitalis in ipsa est fortior τ febris cũ ea minor

ppter longitudinē ipsius a corde. Sed eius oblivio ē maior: quoniā materia hec est in ipso cerebro ꝛ in peripneumonia elevat ex apostemate pulmonis: ꝙ si melancolicum vocat lethargia sūt eius signa: ꝙ dolor sit fortior ꝛ fiunt cū caritate ꝛ alienatio ꝛ oculi sunt aperti intuentes in uno loco. ¶ Et quam lethargia est in substantia cerebri: subet est fortior ꝛ difficultas motuū est maior: ꝛ albedo lingue est in ipsa valde vehemens ꝛ oculi ad extrā tendunt ꝛ difficultas motus ꝛ dolor ad lanitatem tendunt. Si autē est in velaminib⁹ dolor est fortior ꝛ motus sunt leviores. Et accidit in eis multotiens retētio urine ꝓpter oblivionē ꝛ propter debilitatem lacerti virtualis. ¶ Ex signis autē incessus hominis ad lethargiam est multitudo tremoris capitis cū pigritia ꝛ gravitate. Quæ ergo fortiora fiunt accidentia lethargie ꝛ multiplicatur sudor valde est tunc periculosa: ꝓpterea ꝙ sudor eicit virtutē. Et quando spus dilatat ꝛ fit bonus ꝛ decidunt accidentia tunc tendit ad salutem ꝛ ꝓprie si apparet apostemata post aures: plurimū enim crisis ca⁹ super eam.

De cura. Cap. ix.

Si nō fuerit qd prohibeat phlebotomiā primū deinde administra eis clisteri acuta ꝛ attrahentia materia ad inferiora. Et fac eum vomere cū pōtia sinapi ꝛ melle illinita. Et fac eum quiescere in domo luminosa ꝛ ꝓhibe ipsum ne in subet ꝓfundetur assidue excitādo ipsum. ¶ Et in principio rei repelle materiā cū oleo ros. ꝛ aceto. Deinde post duos dies a pricipio sui misceat eis castoreū ꝛ sit acetū squillitici. et nō potes aqua frigida ipsum nisi parumper ꝛ in principio proprie. et apud statū eius ꝛ ꝓprie in fine sui ꝓhibe illud: deinde inunge corpus eius oleo ꝛ nitro ꝛ semine urtice ꝛ laureole ꝛ pipere ꝛ piretro ꝛ similibus. et administra embrocas fortis resolutionis ꝛ odoramenta ꝛ sternutamenta ꝛ gargarismata subtiliativa i quibus sunt basce ꝛ isopus ꝛ calamentū ꝛ origanū. Et gargarismata cū melle ꝛ squilla ꝛ reliqua que scivisti in canone. et quam squillam super caput eius administras proprie humidā valde ea utatur. et administra etiam reliqua rubificantia super caput ꝛ linimentū fac ex sinapi. Et frica extremitates eius ꝛ comprime eas donec rubescant ꝛ doleant: quē est magnū iuvamentū ꝛ fiat illud assidue. ¶ Quum autē in subet ꝓfundi sunt extende capillos ipsorū ꝛ melle quosdā eorū: ꝛ pone etiam apud eos in ventosas multas cū igne absq; incisione. ꝛ fortius scio tibi necessaria est quē est necessitas evacuationis longinis. ¶ Et quum nutris nutri eos cū aliquib⁹ que sint sicut aqua lupinorum ꝛ aqua ciceris cū ordeo fracto. Quæ eos cibaveris cōprime extrema ipsorū aliquibus bonis ut vapor ad superiora nō trahat. Et si tibi necessariū fuerit ꝓpter egritudinis longitudinem ꝓpter ipsum solutivo ꝛ proprie quādo cū ipso apparent: potā ipsum duabus tertijs aur. et castoreo sicut fecimus que sit minus pondere vn⁹ danic. ꝛ si timetur superfluitas febris aliena scamoneā ꝛ fit cōtē in calore ꝛ permutatione cōplexionis absq; evacuatione. Et melior evacuationum illa est que fit cū clisteri. Si autē alia fuerint tibi necessaria da ei ad potandum hiere pōdus .5. vinus quartā .5. vinis de pulpa colloquintide ꝛ tribus .5. myrobalanorū ꝛ danic vno magis: ꝛ si febris nō est vehementis caloris ꝛ cōsidis ꝙ solutio si nō cōsidis propter illud fac ei suppositoria ex collyria vel ꝛ ad illud faciendū scimurus: deinde excita ipsum ꝛ fac ei et permitte ad egrediendum. ¶ Et quum ei accidit oblivio urine ꝛ stercoris embrocas ꝛ ungu intinctoria ꝛ ventre cum aquis in quibus cocta sint camomilla ꝛ melilotū ꝛ viola ꝛ radices lilij ꝛ cōprime vesicam ut urinam emittat. Deinde quum finitur egritudo administra restaurativa ꝛ fac eum tolerare terminum exercitij parui ꝛ adhibe ei regimen contra lesentium.

De aqua intra cranium. Cap. x.

Quoniā quandoq; aggregantur humiditates aquose intra cranium ꝛ extra ipsum. nunc sicut fuerint extra cranium sēqui eas quod propinque dicemus. ¶ Et si sunt intra cranium ꝛ locus earum supra panniculum durū sentit eger gravitatem interius: ꝛ fit eum ea difficile clausio oculi ita nō est possibilis ꝛ humectant oculi valde ꝛ lachrymantur assidue ꝛ stant aperti intuentes in unum oculum. ¶ Cura etiā huiusmodi non est ingenium.

De apostematibus que sunt extra cranium ꝛ aqua extra caput ꝛ atasim rosamū ꝛ inflationib⁹. Cap. xi.

Quandoq; accidunt in velaminibus que sunt extra caput apostemata calida ꝛ frigida. ¶ Et quandoq; accidit ꝛ proprie infantibus egritudo que est cōgregatio aque in capite. et quandoq; etiā accidit in maioribus. Et hec quidem egritudo est humiditates retente inter cranium ꝛ cutem ꝛ inter duos panniculos extrinsecos: ꝛ accidunt inflatio in loco illo capitis ꝛ fletus ꝛ vigilie. ¶ Infantibus quidem accidit illud secundum plurimū quum obstetrix errat ꝛ cōprimit caput ꝛ separat ipsum ꝛ aperiunt orificia venarū. Et currit ad illud quod est sub cute sanguis aquosus. Et quandoq; sunt humores alij ab humiditatibus aquosis: ꝙ si color cutis est cū dispositione sua ꝛ cutis est dilatata cōpressa expulsa tunc est aqua in capite. et si color est mutatus ꝛ tactus diversus ꝛ est ibi fortitudo ꝛ phlebitis ad expellendū ꝛ sentitur mordicatio ꝛ dolor: tunc ibi est apostema extra cranium. Infantibus aūt ꝛ aliis quē est apostema in capitibus eorū ꝛ hoc plurimum nonsit nisi infantibus: tunc oportet ut cognoscas an sit multa an sit expulsa ab exterioribus ad interiora violēter. Nā si taliter fuerit nō medicat. Si autē fuerit pauca ꝛ retenta inter cutē ꝛ craneū: tunc fac aut scissurā unam in latitudine aut si fuerit multa tunc fac scissuras duas sese secantes: aut tres scissuras secantes se si fuerit plurima ꝛ educitur qd est in ipso: deinde stringe ꝛ liga ꝛ suppone ei vinū ꝛ oleū usq; ad tres dies: postea solue ligaturā ꝛ medica cū unguentis ꝛ licinijs si eis indigueris ꝛ filo ꝛ pulverizatione si illud sufficit ꝛ nō indiges unguētis. ¶ Et si carnis generatio tardet ꝓpitur ut os leniter radat ut caro nascat. Si autē aqua fuerit valde pauca sufficit tibi ut resoluat humor aquosus cū emplastris. ¶ Que autē ex apostematibus extrinsecis sūt calida ꝛ q̄ frigida cognosces tactu ꝛ colore ꝛ cōvenientia eius qd ad ipsam pervenit. Et in omnibus qdē sentit dolorē compatientē cranio ꝛ quum tangis invenies dolorē. et cura ipsum medicamine lenitore et cura sicut scis. tū ꝙ tu scis securus in administratione fortioris in ipso. et ventose qdē in ipso cōferunt plus minutione. ¶ In atasim autē infantium op; ut lactis aquā potet ordei aut aquā fanie eius si infans solutionē habuerit: ꝛ infanti dest ad potandū tunc aliqd talū spodij torrefacti ꝛ se. portulace torrefacti. Solutio enim in hoc egritudine est mala ꝛ lactanti interdicat balneū ꝛ ponatur sup syncipuut eius viola infrigidata.

De subet asabari quam quidam medici eum nominant subhoreset non est ipsa imo subhos est species cōgelationis. Cap. xij.

Hec egritudo est egritudo frenitis composita ex frenesi calida ꝛ frigida: quoniā apostema est factum ex duob⁹ humori

bus simul. s. phlegmate et cholera. ¶ Et eius quidem causa est repletio quam generat gulositas et multitudo comestionis et potus et ebrietatis. Et utrique quidem humores quandoque equantur et quandoque unus ipsorum vincit et vincunt tunc eius signa. Si ergo phlegmaticus vincit nominatur subet. Et si vincit cholericus nominatur sabara subeti. Et quandoque conveniunt in egritudine una cum numero ut unusquisque eorum impugnet alterum et quandoque vincet phlegma et quandoque cholera. ¶ Et facit quidem phlegma in ipsa subet quietem et gravitatem et pigritiam et clausionem oculorum. Et difficile sit eis respondere ad illud quod queritur ab eo. Et est ipsius responsio responsio tardantis et cogitantis. ¶ Et cholera quidem in ipsa efficit inquietudinem et alienationem continuam et palpitationem. Et neque permittit ipsum profundari in subet: immo eius subet est subet aque excitat qui excitatur.

¶ Et quum phlegma vincat generatur subet et claudit palpebras quum aperit. Et quum vincit cholera excitatur et alienatur et prenit ad motum et aperit oculum absque palpitatione et non claudit. Immo ipsius superior extremitas attrahitur sicut accidit patienti sesen et desiderat resupinari et eius respiratio est non naturalis et inflammatur ipsius facies et declinat ad viriditatem et rubedinem secundum quod in dominatione dispositionum eius trahitur palpebra eius ad superiora et clamat. Et quum aperit oculum suum est ipsius apertio sicut apertio habentis sudores et congelationem absque palpitatione. Quum autem loquitur eius sermo non est ordinatus et strangulatur ab aqua ita ut plurimum redeat aqua ex naribus eius. Et similiter strangulatur a sorbitionibus. Et hec quidem signa sunt mala et multiorum accidit in ipsa retentio urine et egestionis et paucitas utriusque. Et accidit eis fricatura spum. Et quandoque similatur in pluribus dispositionibus prefocationi matricis. Veruntamen facies in prefocatione matricis est cum dispositione sua et adiuuat reliqua signa prefocationis dicta in capitulo suo: hic autem possibile est ut in ea aliquid loquendo eger annuntiet et sapiat ut intelligat. In ea autem cuius matrix prefocata est non est possibile illud eum in prefocatione perseverat. ¶ Et hec quidem egritudo similis est lethargie: sed tamen differt ab ea quia facies non est cum dispositione sua sicut est in patiente lethargiam. Et iterum eis adiunt vigilie et apertio oculorum absque palpitatione et febris est in ipsa fortior et similatur karabito sed tamen differt ab eo: quoniam subet in ipsa est maior et alienatio minor. ¶ Et pulsus quidem eius est velox et frequens propter apostema et permissionem congelationis quare diversificatur a pulsu lethargie. Et est latus et brevis propter phlegma et apostema suum. Et diversificatur a karabito ipsius quidem brevitas est propter latitudinem sui. Amplius est fortior pulsu lethargie et debilior pulsu karabiti. Et sit pulsus non extensus rarus valde spasmosus sicut fit in prefocatione matricis. Sed virtus in ipsa non remanet neque egreditur ab ordine omni illo egressu sicut fit in prefocatione matricis immo virtus cadit et pulsus fit frequens.

De cura. Cap. xii.

Cura autem eius est phlebotomia sicut scis: deinde clisteria in quorum attractione et lenitate addis secundum quantitatem in qua in venis materi et secundum signa predicta ita ut cognoscas an vincat cholera vel phlegma. ¶ Et cibus eius prohibeatur secundum quod fit in karabito et propterea eius causa fuerit multitudo cibi. Quapropter quum causa fuerit multitudo cibi fac egrum vomere et purga stomachum ipsius. Si autem causa eius fuerit ebrietas non curabis eius donec abscindatur ebrietas: deinde sit continuus humectatio caput ipsius: deinde ad ultimum curetur eo quo curatur fortis ebrietatis. ¶ Et ipsius quidem species conficiantur in embrocis et

emplastris et sternutationibus predictis et circumcationibus sub tibias eius eo quod bibuntur et distemperantur secundum hoc: et ille quidem medicine in ipsa non sint in termino frigiditatis que recipiuntur in karabito neque in termino calefactionis qui recipiuntur in lethargia: sed sint composita ex eis et utantur in eis illud quod oportet secundum quod apparet quod aliquis duorum humorum sit magis abundans. Et ubi quidem iam premissum est in canone totum quod oportet facere in huiusmodi. ¶ Et oportet ut ponas in embrocio eius si fuerit cholera superabundans folia salicis et violas et radices liliorum cum camomilla et corona regia et aneto. Et quandoque das in potu sirupum de papavere si non dormit quare venit ei dominium phlegmatis. Et ancio quidem quod in potu tribuitur est ut dormiat. ¶ Quod si utrique materie sint equales adde eis hic basilicon et amaracum. Et si phlegma est superabundans adde in eis folia lauri et nasturtium et castoreum et serpillum et castoreum et origanum. Et similiter sit sposatio in emplastris et enematibus secundum hunc modum et ubi quidem est possibile colligere ea ex antidotario. ¶ In fine autem egritudinis et postquam declinaverit largiter aliena ab eo embrocas frigidas et fac continuas similitudinis que fiunt deinde balnea ipsum et rege eum regimine convalescentium.

De plaga et incisione cutis capitis et curatione. Cap. xiii.

Separatio continuitatis in capite aut est ita ut non terminetur in osse aut manifesta: aut est in sirac aut ita quod ossa inde extrahenda sint aut sirac et ex sirac est alturatum et est ut extrahenda dilatet ad artetiora et apostemet et impinguet: et fiat sicut litura a ex eis est que fit in matre et in sericania et in eis et ancta in vulneribus quidem pertinentibus ad panniculum rebus accidit lacitas in latere vulnerum et spasmus oppositis eius. Et quum incisio non pervenit ad ventres sed ad terminum velaminis subtilis est magis incolumitas. Cum vero pervenit ad cerebrum apparet febris et vomitus colere et non est ex eis qui sanatur nisi raro. Et propinquior ad incolumitatem quidem incisio est que cadit ad futuram ventrium anteriorum. Quum enim eis securius sunt curantur. ¶ Ille vero que in duobus ventribus posterioribus fuerint sunt peiores. Et ea que fit in medio peiorii ea que fit in posteriori et remotior ut redeat ad dispositionem naturalem nisi sit valde parva. ¶ Et principium quidem consistit in emplastris et est eius rectificatio velocior. Iuvatura vero consistit principium ad prohibendum apostema eo quod tolerat dispositio. Distinctionem vero medicamentis vulneris plagarum quod est in cute et carne narramus ubi ulcerum rememorabimur in libro. iii. et dicemus rationem fracture que est ex eis in capitulo fracture et distortionis. ¶ Et medici in fractura cranei in qua eradenda sunt ossa habent duas intentiones. Quarum una quarumdam est ut declinet ad medicinas sedantes que non faciunt re vehementer quiescere faciunt et interius est alterius quibus videtur quod administrande sunt medicine vehementis desiccationis et administrant post incisionem fracture et eradicationem sectii et extractionem fracture dura medicinas attractivas in unguentis et aliis supra locum super ipsum exterius existentes epithimata et acetum sale. ¶ Et hoc modo per manus horum posteriorum pervenit maior incolumitas quam per manus priorum. Quidem non est mirum. Galienus enim dixit quod complexio offer panniculi est sicca.

Tractatus quartus de egritudinibus capitis et plurimo nocumento ipsius in operationibus suis et motibus.

De subet ⁊ somno. Cap.i.

Icitur subet somnus superfluus ⁊ grauis non tamen omnis superfluus ⁊ grauis: sed ille cuius grauitas est in materia ⁊ qualitate simul: ita vt ipsius spiritum sit prolixius ⁊ eius eleuatio fortior ⁊ debilior excitatio ipsius ab eo. Si autem excitatur tunc somnus eius est naturalis in quantitate ⁊ qualitate sua. Et eius quidem alius est grauis alius est subet profundus. Somnus autem vniuersaliter est reditus spiritus animalis ab instrumentis sensuum ⁊ motuum ad principium eius quo priuantur ipsorum instrumenta ab eius operationis in ipsis nisi que necessaria sunt ad hoc vt vita permaneat ⁊ illa sunt sicut instrumenta spiritus. Et somnus quidem naturalis absolute est causa reditus cum profundatione spiritus vitalis ad interiora vt digeratur cibus quem in ipso sequitur spiritus animalis sicut fit in motibus corporum subtilium permistorum propter necessitatem vacuitatis ⁊ quod est etiam propter quietem eius ⁊ vt spiritus adiungat sibi partem eius quo nutriatur ⁊ subsistet ⁊ augmentet substantia illius ⁊ recipiat restaurationem eius quod ex ipso in vigiliis resoluitur. Et huic quidem propinquus est quod accidit ei qui sanitati vicinius est ab egritudine sua. Accidit enim ei somnus profundus ⁊ significat sedationem egritudinis eius ipse tamen in sanis non significat bonitatem. Et quandoque etiam accidit somnus huiusmodi generis ei qui euacuatus est medicina plurimum ⁊ somnus ille confert ei reddens ipsam virtuti sue. Et plurimum accidit somnus non absolute naturalis ⁊ ille quidem credatur quasi fit ad principium propter superfluitatem resolutionis spiritus etiam non tolerat eius substantia dilatationem propter defectum sui augmenti similiter illud quod sufficit applicationi causa resolutionis facte ex motu profundatur ergo sicut fit in dispositione laboris ⁊ exercitii fortis. Et illud fit propter euacuationem superflui accidentem spiritui animali. Natura igitur fit prompta ad recipiendum quod est in substantia eius nisi consequatur ipsa ex nutrimento substantiali. Differentia vero inter ipsum ⁊ illum qui est principium est sicut differentia inter petitionem cibi a corpore sano vt sit loco resolutionis naturalis ex eo ⁊ petitionem cibi a corpore debilitato a solutione ⁊ fluxu sanguinis. Primus enim duorum somnorum petit restaurationem solutionis vigiliarum ⁊ est res naturalis. Et secundus petit restaurationem resolutionis laboris ⁊ non est naturalis. Et quandoque accidit somnus non naturalis absolute ⁊ est ex reditus spiritus animalis ab instrumentis propter eius infrigidationem substantie spiritus contrariam aut extrinsecus aut ex medicinis infrigidantibus ⁊ instrumenta adipiscuntur ex frigore inconuenientis penetrationi spiritus vitalis in eis secundum modum suum renouantem infusionem spiritus eius adiuuat corrumpentis complexionem quam recipit virtutem animalis spiritus a principio quare residuum redit ad profundum percorporis ⁊ fit piger ad dilatationem propter frigus complexionis ⁊ hoc est stupor. Et quandoque etiam accidit propter causam humectantem instrumenta ⁊ perturbantem substantiam spiritus ⁊ oppilantem viam eius ⁊ laxantem substantiam neruorum ⁊ lacertorum ⁊ mollificatio quam sequitur oppilatio ⁊ coopertimentum quod prohiberet spiritus penetrare quoniam spiritus ipsius substantia iam est ingrossata ⁊ perturbata. Et quoniam instrumenta eius iam sunt corrupta propter humiditatem ⁊ laxitatem eorum simul. Et iste est somnus ebrietatis ⁊ accidit quod est huic accidenti proximum propter nimiam stomachi repletionem ⁊ prolixitatem more cibi in stomacho: horum autem subet remouet vomitus. Et hec due cause que sunt causa quia plurimum accidit subet. Quandoque etiam adiunatur frigus ⁊ iuuat ipsum humiditas simul in causis somni. verumtamen causa antecedens tunc est ex frigore ⁊ iuuat ipsum humiditas.

Sicut aggregantur in vigiliis caliditas ⁊ siccitas ⁊ est causa vera ipsa caliditas quam iuuat siccitas. Subet preterea sunt cause alie ex quibus est vehementia potionum febris ⁊ euentus nature cum essentia super suam egritudinem ⁊ ipsius compressio sub materia ⁊ sequitur ipsam spiritus animalis sicut dictum est ⁊ propterea si materia febris est frigida phlegmatica ⁊ ipsa quidem non calefacit nisi cum putredine.

Et quandoque fit propter malitiam humorum ⁊ vaporum ascendentium ad anteriorem cerebri a stomacho aut pulmone in egritudinibus suis ⁊ reliquis membris. Et quandoque fit ex multitudine vermium ⁊ ascaridum. Et quandoque fit ex coartatione cerebri ipsius sub osse cranei: aut laesura eius: aut cortice ipsius cum cerebro aduenit percussio ⁊ vehementior venientium ad faciendum subet apud incisionem est vehementior eorum ad faciendum subet apud compressionem. Et quandoque fit propter vehementem dolorem percussionis euenientis lacertis temporis: aut secundum communitatem lesionis oris stomachi aut in matrice quare contrahitur ex eo cerebrum ⁊ oppilat vias spiritus sensibilis taliter quod eorum causa fit difficilis motus spiritus ad procedendum. Et quandoque fit propter vehementem debilitatem spiritus ⁊ resolutionem ipsius quare fit difficilis eius dilatatio. Et quoniam primi sensuum qui priuantur in somno ⁊ subet sunt visus ⁊ auditus: oportet tunc vt sit impedimentum in subet in anteriore cerebro ⁊ propter communitatem corruptionis imaginationis. Nam si non esset communitas anterioris cerebri ⁊ non accideret nocumentum nisi posteriori parti non oporteret vt visui ⁊ auditui proueniret priuatio neque esset somnus imo esset destructio motus ⁊ tactus solummodo ⁊ essent sensus reliqui cum dispositionibus suis sicut contingit in egritudinibus congelationis ⁊ sodbos ⁊ non esset nocumentum quod subet affert sensui vltra nocumentum quod infert motui. Nam ipse destruit sensum omnino ⁊ non penitus destruit motum remanet cum incolumis in anhelitu. Et oportet quidem ne oppilatio proueniens in subet sit completa neque cum multa spissitudine ⁊ si non fiat nocumentum in anhelitu. Omnis autem subet ex complexione pendens est propter frigus primo ⁊ propter humiditatem secundo. Amplius quandoque fit permutatio ad subet sicut ex peripneumonia ⁊ pleuresi ⁊ similibus. Et quidam hominum sunt quorum humores dum sedent sunt fracti non nocentes quare cooperit eos dormitatio. Aliique se prosternunt profundatur calor innatus ⁊ feruent ⁊ excitant vapores cerebri quare somnus non ipsum cooperit ⁊ precipue in eo qui non est sicce complexionis. Cum ergo multiplicantur coopertura somni indicat egritudines: ⁊ sicut aqua granatorum tardatur in stomacho que retinet vapores ⁊ liberat a vigiliis. Et nos quidem iam diximus qualiter oportet esse formam iacentium super cibum. Nunc autem dicimus quod visus recuperationis multotiens ledit dorsum ⁊ laxat ipsum. Cuius quidem cura est visus surgendi plurimus. Ex somno preterea in sole timetur capiti ⁊ qui stantiam facit possidere feretrum sanguinis qui fit cum rasceatione propterea quod luna mouet humores ⁊ causa quidem somnii guttur est coopertura oris carne quare spiritus non egreditur nisi in voce humiditatis.

De signis specierum subet. Cap.ii.

I autem subet fit ex frigore puro extrinsecus eius signa sunt vt fiat propter successionem frigoris vehementis aduenientis capiti extrinsecus aut propter frigus intra corpus ⁊ cerebrum ⁊ non inuenitur inflatio cum inflammatio neque in palpebris

etiam est color viridis et pulsus est extensus tendens ad duritiem cum raritate vehementi. ¶ Et si subet fit ex frigore potus alicuius medicinarum narcoticarum q̄ sunt opiū et iusquiamus et radix mādragore et semē mādragore et nux metel. et fungus et lac in stomacho acetosus et coriādrū humidum et semen psilii multum significatur signis que diximus de vnaquaque earum in capitulo de veneno. Et vt subet fiat cum aliis accidentibus suffocationis et viriditatis extremitatum et frigiditatis earum et apostema de lingue et permutatione odoris et sit pulsus cum casu formicans debilis non cum raritate imo frequens habens frequentiam vermiculosi formicantis. Et si fuerit rarus non erit ei odor neque fortitudo: Immo redit ex raritate ad spissitudinem et ex spissitudine ad raritatem. Scias ergo si aliquod horum in potu datum est aut ipse per se bibit et medicetur totum illud cum eo quod diximus in capitulo de venenis. ¶ Sunt autem quidam qui dicunt quod subet frigoris puri est leuius: subet materiei humide. Sed sermo ille non est vehementer sanus: Immo quandoque est fortis valde. Et omnem quidem subet factum ex frigore cerebri in substantia sua aut propter medicinam ebibitam sequitur corruptio in cogitatione et memoria. ¶ Non si subet sit ex humiditate pura sunt eius signa vt non videantur signa sanguinis neque grauitas phlegmatis. Si autem fiat ex phlegmate sentitur illud ex precedenti repletione et nimia stomachi satietate et multitudine potus et leuitate pulsus et ipsius fluctuatione cū latitudine et sentitur ex profunditate subet et grauitate ipsius et inflatione in palpebris et frigiditate tactus et regimine precedente et etate et regione et reliquis. ¶ Ex sanguine vero factus sentitur ex inflatione venarum que dicuntur guidez et rubedine oculorum et maxillarum et rubedine lingue et sentia calamitatis in capite et similibus illis que scimus. Et si cum hec sanguis et phlegma coniungantur aggregatione apostematum videbis signa karabitus et lethargie et subet asabati. ¶ Quod si causa in ipso fuerint vapores pulsi ex corpore in febribus et proprie apud dolorem pulmonis et apostema in ipso nominatum peripneumonia aut vapores stomachi facto totum sua signis. Nam si est ex stomacho precedunt ipsum vertigo et scotomia et tinnitus et phantasie et est leuis apud famem et augmentatur apud repletionem.
Si vero est ex parte pulmonis et pectoris precedunt ipsum dolor grauis et dolor in partibus pectoris et strictura spiritus et tussis et accidentia pleuresis et peripneumonie. Et similiter si fuerit ex epate precedunt ipsum significationes egritudinis in epate. Et si est ex matrice precedunt ipsum egritudines matricis et eius repletio.
Qui autem fit ex percussione facta super balbena aut super tempus sentitur suis significationibus. ¶ Et differentia quidem inter subet et apoplexiam est quod habente subet possibile est intelligere et excitari et sunt motus eius leuiores sensibus suis. Apoplecticus autem priuatur sensu et motu. Et omnino differentia inter habentem subet et illum in quo est malefactio propter debilitatem cordis est quod pulsus habentis subet est fortior et similior pulsibus sanorum. Et pulsus habentis sincopim est debilior et durior et sincopis prouenit per illatum cum mutatione coloris redeunt ad citrinitatem et ad similitudinem coloris mortuorum et frigidāt extrema. In subet autem non alteratur color faciei nisi ad illud quod est bonū et nō exsiccatur frustum faciei et nasi neque mutatur a forma dominantium nisi paruo tumore et inflatione. Et differentia quidem inter habentē subet et illā cuius matrix est suffocata est quod possibile est quod habens subet intelligat et loquatur si percipit. Illa vero cuius matrix est prefocata intelligat cū difficultate et non loquitur penitus et est motus et proprie motus colli et capitis et pedū facilior in eo qui habet subet et simili aperitio palpebrarū facilior in habentibus matricem suffocatam: et est prefocatio matricis causa nutrimenti fluxus et indicat potestatē sui et sentitur aut minoratur et sunt extendit et sit introitus in ipso in perturbatione gradatim et incipit a somno graui nisi causa eius sit frigus subito eueniens aut medicina ebibita. Scias ergo illud.

De cura subet et somni grauis facti in febribus. Capitulum

Subet autē que accidit ab egritudine existente in aliquibus mebris. Oportet curā peruenire ad membrū illud cū regimine quo purgetur et remoueatur quod in ipso est et confortatio cerebri vt materiā nō recipiat. Et illud quidē [illegible] in oleo ro. et aceto plurimo aut oleū [illegible] incipiat quum ipsum est solum cū expressionibus [illegible] confortantiū et post illud adhibeant embrocationes [illegible]. Deinde fiat permutatio ad resolutiua si fuerit cerebro retentum aliquid et tu quidē iam scisti omnia illa in canone. ¶ In eo autē qui fit in febribus [illegible] principio paroxismi oportet vt incipiat a ligatione extremitatum et a motu sternutationum assidue et odoramento aceti et vaporis eius et vnctione capitis cum oleo ro. et aceto plurimo aut aqua acerbe aut aqua granatorum [illegible] pontico. ¶ Ille autē qui fit propter potum narcoticorum curet secundum illud narcoticū et detur ergo ad potandum [illegible] ipsius quod dicti sumus in libro .iiij. ¶ Subet autem quod est ex frigore extrinsecus adueniente cura est potio tiriace et mithridati et diamusci et embrocetur caput cum aquis in quibus cocta sunt ruta et castoreum et [illegible] et vngatur caput cum oleo de ben et oleo de [illegible] cum castoreo et squilla et oleo muscelino [illegible] cū castoreo. Et similiter adhibeatur [illegible] ex castoreo et squilla et muscho et sint castorei partes .ij. et squille pars .i. et muschi quantitas parua [illegible] muschum assidue et vtatur eis que dicta sunt in calefactione complexionis cerebri. Sed est liber [illegible]. ¶ In illo autē qui factus est propter dominium sanguinis oportet vt incipiat a phlebotomia cephalice et ventose cum aut phlebotomia saphene et [illegible] clisteri temperato et fabulatione [illegible] et [illegible] factum est. Illum autē qui factus est propter dominium humiditatis pure que non est cum materia oportet vt cureo cū emplastro facto ex castoreo et fox [illegible] et costo et nuce cupressi et squilla et [illegible] et desiccentur cibus et alimenti olea et embrocationes [illegible] humectatio enim que est in oleis [illegible] virtutē medicinarum nisi sit valde fortis. Et oportet vt administratio fiat vnctionis capitis et fabulationis eius et odoratio musci. Et si fuerit humiditas cum materia phlegmatis oportet vt euacuetur cū clisteribus potu et ingenietur vt vomat: et plurimū eius quod est phlegmatis est in stomacho oportet vt eiiciatur cū eo quod phlegma incidit ex eis que diximus in loco suo et administrentur bocas digestiuas fortes et caputpurgia et sternutatoria et gargarismata et ea que scimus in canone [illegible] precepit. Et ex cura est vt eger audiat et videat ea que contristant ipsum: tristitia enim in huiusmodi egritudinibus in quibus debilitatur cogitatio et extinguitur [illegible] que commouent animam et reducunt eam ad [illegible]. ¶ Et ex medicinis quidem vigilare facientibus est epithima factum cum calcanto et absterso [illegible] aceto et constrictio extremitatum [illegible] et administratio sternutatoriorum.

De vigiliis et [illegible]. Capitulum

Jgitur quidē est dispositio animalis qua ciffundi tur spiritus aialis ad instrumēta sensus ⁊ motus et eis vtitur. Sabara vero est superfluitas in vigilia ⁊ egressus a re naturali. Et eius quidē causa cōplexionalis est caliditas ⁊ siccitas propter igneitatē spiritus ⁊ mouet semp ad exteriora ⁊ caliditas vehementius est faciens sabara ⁊ antiquus faciens. Et sabara quidē q̄ fit ex nitrositate humiditatis occultate in cerebro accidit propter dolorē ⁊ cogitationes cōmunes. et est sabara cuius causa est lumen ⁊ loci illuminatio quum pueris in huiusmodi aliqd preparatur sabare. ⁊ est sabara q̄ est propter malam digestionē ⁊ multitudinē repletionis. Et est sabara q̄ fit causa cibus qd inflat ⁊ cōmouet humores ⁊ sōna ⁊ timore in sōno sicut fabe ⁊ similia. Et est sabara que fit in febribus propter eleuationē vaporum siccorum medicatorū ad cerebrū. Et dolor quidam q̄ decrepitis accidit ex sabara est propter nitrositatē humorū eorū ⁊ fastidinē ipsorū ⁊ siccitatē substantie cerebri eorum. ⁊ est sabara q̄ fit causa apostematis melācholici: aut cancrosi in partibus cerebri ⁊ dicitur q̄ ille in quo sabara fit non dormit vnde accidit ei tussis moritur. Et nos quidem iam diximus in capitulo somni qd oportuit nos dicere.

De signis. Cap.v.

Signa igitur eius que fit a siccitate pura sine materia ⁊ nō forti caliditate sunt siccitas capitis ⁊ siccitas ⁊ siccitas oculorū ⁊ lingue ⁊ narium ⁊ q̄ non sentit in capite calor neq̄ frigus. Eius vero que fit ex caliditate ⁊ siccitate signa sunt inuentio signorū siccitatis cū inflammatione ⁊ adustione. Et quedam est cum siti ⁊ adustione in origine oculorū. Et eius quidē que fit ex nitrositate humorū signa sunt humectationis inuentio in naribus ⁊ lippitudo oculorū ⁊ sensibilitas grauitatis parie ⁊ velocitas excitationis apud somnū cum saltu. ⁊ alia quidē significant ex regimine preterito ⁊ etate. Et eius quidē q̄ fit ex illuminatione loci aut ex cibo. Signa eius sunt cause eius. Eius vero q̄ est ex apostemate melancholico signa sunt signa predicta multotiens. Sed eius que est ex dolore aut cogitationibus cōsimilibus ⁊ febribus acutis signa sunt eius cause.

De cura. Cap.vi.

Oportet quidē vt habens illā cuius causa est siccitas vtatur cibo humido ⁊ balneis temperatis propterea q̄ si ipsum balneū nō facit dormire tamen non est temperatū corporis ⁊ nō bone complexionis ⁊ atq̄ est in paucitate siccitatis: aut potestate humorum malorū quos balneū eleuat ⁊ oportet vt deserat cogitationē ⁊ coitum ⁊ laborē ⁊ vtatur quiete ⁊ tranquillitate ⁊ assiduitate inunctionis capitis cū oleis humectantibus ⁊ emulsione lactis sup caput ⁊ embrocatis humectantibus predictis ⁊ attractione in naribus eorum ⁊ caputpurgiis ipsorū ⁊ distillatione eorū in aure ⁊ propter olei nenufarini ⁊ precipue faciendo caputpurgiū ⁊ in fricatione inferiorū pedum. ¶ Eius vero q̄ est ex caliditate quum hoc regimen est cū additione facta in regimine harū medicinarū ⁊ administratio herbigrati tali ⁊ cucurbite ⁊ portulace ⁊ mucillaginis psilij ⁊ ... psillis ⁊ semperuiue ⁊ similiū. Et ex huiusmodi medicinis est somnus suauis subtilis cum quo non est hora ... cibus bonis: aut si sit cum hora sit equalis ⁊ propter illud somnio arborum ⁊ aque faciunt dormire. Eius vero que facta est ex dolore regimē est sedatio doloris. Et ipsius cura est cū eo qd propositū est in eius dolori in capitulo suo. Facta vero in febribus multotiens habenti datur in potu adiacetur pitam ⁊ sic dormit. Et oportet vt habens eā vtatur ablutione faciei ⁊ embrocatis ⁊ vnctione temporis ⁊ frontis cū oleo de papauere ⁊ lactuca ⁊ vt ponatur in sorbitionibus ipsius semen papaueris albi. Et quedam stupefaciunt ex narcoticis quorū descriptiones sunt in antidotario ⁊ troc. de citro predicti in c. de soda calida quū dissoluuntur in expressione papaueris aut aqua ros. in qua coctū est papauer aut aqua lactuce ⁊ liniatur eo frons cōferunt. Et ex eis quidem q̄ ad illud experta sunt est vt fumigantur cassia lignea ⁊ opiū ⁊ crocus ⁊ dissoluantur in oleo ros. ⁊ abstergantur ex eis nares. Et similiter epithima factū ex corticibus papaueris ⁊ radicibus mandragore sup vtraq̄ tēpora ⁊ etiā odoramenta ex eis. Et q̄ sumit ex illis quantitatē vnius grani dormit somnū temperatū. ¶ Qd si humor ad ipsum ascendens fuerit grossus fiat emplastrū frontis eius ex meliloto cū camomilla ⁊ robub. Et ex eis quidem que dormire faciunt febricitantes ⁊ alios est vt extremitates habentiū sabarā ligentur cū ligamine faciēte dolorē ⁊ corā ipsis ponatur lampas ⁊ precipiatur presentibus vt multiplicent cōfabulationes ⁊ sermones. Deinde soluatur repente ⁊ remoueatur lampas ⁊ precipiatur ibi existentibus vt taceāt repente ⁊ tūc dormient. Illa ea aūt q̄ facta sunt ex humiditate nitrosa salsa propter nitrositatē ⁊ salsedinem oportet vt acceptio olei acuti ⁊ salsi abiciatur ⁊ cibetur eam habens piscibus petrosis ⁊ carnibus subtilibus sicut ab egeri cū pauco sale ⁊ maxime cū pilulis ex sebeba ⁊ assidue fiat inunctio capitis cū oleis frigidis tepidis. Quoniam hec species sabare accidit in etate senij eius cura est parua. Verūtamē oportet vt eam habēs vtatur embroca ex aqua in qua cocta sunt ordeū ⁊ camomilla ⁊ albacum ⁊ nō aliud omni nocte. facit enim bene dormire. ⁊ similiter odorēt naribus facta ex oleo albacum aut oleo irino aut oleo de croco. Et quedam oportet vt in potu tribuamus habenti sabaram superflua virtutis cuius timet resolutio ceratarie ⁊ similia ex opio vt faciat ipsum dormire. Si vero q̄ nō habet sabaram cū huiusmodi superfluitate fortior vt laboret exerceatur ⁊ balneetur. Deinde ante cibū bibat aliquantulū vini ⁊ comedat cibus quoniam dormiet in hora.

De lesione sensus. Cap.vii.

Pericio nocumēti sensus cōtingentis in operationibus cerebri sunt propter diuersas causas ⁊ cognoscuntur tribus modis. Quā.n. sensus bolis est icolumis ⁊ imaginatio formarū rerū in sōno ⁊ vigilijs ostēsa. Deinde sunt res ⁊ dispositiōes quas videt in vigilijs suscepit in somno suo ex eis de quibus possibile est ipsum proponere remoueri ab eo ⁊ quum audit eas ⁊ testificatur nō remanēt apud eū tunc lesio illi est memorie ⁊ in posteriore cerebro quū in hoc nō est īpedimentū sed loquatur ea q̄ non sunt dicēda ⁊ timet ab eis a quibus timere nō oportet ⁊ putat esse bonū qd nō debet putari bonū: ⁊ sperat qd nō est sperandū ⁊ inquirit qd inquirendū nō est ⁊ facit qd faciendū nō est ⁊ ē potens seruare quoniā vult recordari tūc lesio est in cogitatione ⁊ in parte media cerebri. Si vero ipsius memoria ⁊ ipsius loq̄la sūt sicut esse debēt ⁊ nō cōtingit in his q̄ agit ⁊ loquitur aliqd contrariū rectitudini ⁊ imaginatur res sensibiles ⁊ colligit villos ⁊ videt singularia mendosa ⁊ igneos ⁊ nigros aut reliq̄ mēdosa: aut destruūt imaginatio formas rerū in sōno ⁊ vigilijs tunc lesio est i imaginatiōe ⁊ in ventre anteriore cerebri. Et si aggregantur duo ex illis aut tria tūc lesio est in duobus ventribus aut tribus ⁊ si cogitatio infirmet ⁊ accidat in eo abbreuiatio propter cōtrariē lesiōis memorie predictis formā facit est q̄ si infirmet cogitatio ⁊ sequitur eā egritudo memorie. Et quodcūq̄ horū est declinās ad diminutionē tūc egritudo est ex frigore: ⁊ quodcūq̄ est declinās ad permutationē ⁊ agitationē est ex calore. Et quidam existimauerunt q̄ declinatio ad di

minutionē est ꝑpter diminutionē substantie cerebri: ⁊ hoc qdem non est longinquum apud me. ¶ Causa vero eius aut est in primis in ipso cerebro aut est ex membro alio. Et qñ est ab extrinsecis sicut percussione aut casu. In curis aūt oportet te esse solicitū secundū principia que dixi i canone. Et collige ex tabulis egritudinū mēbrorū capitis in libro secundo medicinas ad oīa illa iuuamina quibus in eis vteris ⁊ cōsiderabis q̄ ex eis ⁊ quæ ex cibis ledunt eos q̄re alienabis eos in eis ⁊ inde eas cōsiderabis ⁊ alienabis eos a cibis q eos lediit in ipsis.

De ꝑmixtione sensus ⁊ alienatione. Cap. viii.

Permixtionis vero sensus ⁊ alienationis declaratio est qm̄ q̄ fit ꝑpter cerebrū ipsum ē aut ex cholera nigra: aut ex sanguine calido inflāmato: aut ex cholera citrina: aut ex cholera rubea: aut ex calore puro: aut ex vapore calido. Et illa qdē fit ex illis q̄ desiccant q̄re cerebri materia spūs inani priuat p cuius simile possibile est rōni vt ā suam seruare. Et facta ꝑpter mēbrū aliud: aut corpus est sicut q̄ fit propter stomachū: aut os eius aut miraci: aut ꝑpter matricem: aut ꝑpter totū corpus sicut in febribus. Et totū illud ē ꝑpter q̄litatē purā venientē ad ipsum sicut eleuat a digito pedis ⁊ manuū qñ apostemant ⁊ a mēbris corrupte cōplexionis apparat: aut ꝑpter vaporē calidū cholere ⁊ phlegmatis iā putridi ⁊ acuti. Et ꝑmixtio rōnis magis icolumis est q̄ est cū risu ⁊ que est secundū quietē: ⁊ deterior q̄ est cū agitatione ⁊ rixa ⁊ audacia.

De signis. Cap. ix.

Scias q̄ oīs dolor vehemēs de quo patiēs nō cōqueritur ⁊ in quo nō sentit ꝑmixtionē ⁊ vrina oleagina significat in febrib⁹ ꝑmixtionē rationis. Que vo fit ex melā est cū tristitia ⁊ alienatione mala: aut cū signis melancholie quoꝝ in capitulo ipsius rememorabimur. Et si melācholia est cholica ē cū supinositate ⁊ audacia. Et si est melā sanguinea ē cū leuia ⁊ risus cū exuberatione venarū. Facta autē a cholera citrina est cū inflāmatione ⁊ caliditate ⁊ rixa ⁊ malitia morū ⁊ agitatione vehemēti ⁊ imaginatione ignis ⁊ scintillarū ⁊ adustione angulorū oculorū iterorum ⁊ citrinitate coloris ⁊ inflāmatione capitis ⁊ extensione cutis frontis ⁊ profundatione oculorū ⁊ saltu ad oppositū. Et in illa qdē q̄ fit ex rubea sunt accidētia ista vehemētiora ⁊ magis ꝑuersa. Et huiusmōi qdē generis est ꝑmixtio q̄ fit in febrib⁹ ⁊ plm fit in pestilentialibus. ¶ Cū ea aūt q̄ facta est ex caliditate ⁊ siccitate puris non sunt grauitas neq̄ signa materierū predictarū in canone ⁊ in capitulis precedentibus. ¶ Factā autē ex phlegmate iā putrefacto ⁊ acuto habentib⁹ accidit vt eis assit cū ꝑmixtione senectus ⁊ vt eleuent supalia sua manibus suis oī hora ⁊ vt ipsorū capita grauent: ⁊ patiantur subet ꝑpter substantiā frigoris sicut ꝑmiscentur eorū rōnes ꝑpter accidentia caliditatis. Et isti qdē nō separant ab eo qd̄ tenēt ⁊ plurimū qdem accidit eis vt existimēt se ipsos bestias ⁊ aues. ¶ Et vniuersaliter quidē ꝑmixtio rōnis q̄ accidit a caliditate sicca tunc ipsam significat vigilie: aut a caliditate hūida significat: aut a phlegmate putrefacto tūc significat ipsam subet. ¶ Illa vero cuius cā est vapor ascendēs ex mēbro cognoscit ex dispositione illius mēbri dolorosi si fuerit mēbrū: aut totius corporis si fuerit cōprehendens sicut in febribus cōicantibus ⁊ cognoscit an est pura: aut est materia aut vapor. Et signa quidem omnium illorum predicta sunt in capitulo de soda.

De cura. Cap. x.

Curam autē que melancholie adhibet dicemus in capitulo melancholie. ¶ In cura autem ꝑmixtionis facte ex sanguine oportet ut incipiat phlebotomia ⁊ ab oībus q̄ separant sanguinē ⁊ ipsum ingrossant ⁊ eius essentiā rectificant. ¶ Ista vero q̄ facta ex citrina aut rubea cura est vt incipiat ⁊ euacuet ⁊ permutet cōplexio aut corporis totius aut capitis proprie ⁊ administrent infrigidationes ⁊ humectationes predicte in canone ⁊ administrent emplastra post rasionē capillorū: ⁊ si coarctat ⁊ fortior fiat regatur alio regimine ex eis qdē q̄ conueniūt ꝑmixtioni sensus cholere citrinā infrigidatū ex oleo ros. ⁊ aceto ... ⁊ oleū viol. lac ⁊ si nō fuerit febris aut oleū ... cū cautela repercussionis vaporū. ... tunc oīa epithimata non sunt ... possidere cōstrictionē caliditatis q̄re non faciat ... purgiū ⁊ faciat augmentū in attractione ... ter adhibe clistere leniuiū. ¶ In ea aūt q̄ fit ꝑpter ... bri cōstat ... capitis ... ⁊ infrigidatione ⁊ attractione ad cōtrariū: ⁊ hoc totū qdē ... ex canonibus preteritis vniuersalibus ⁊ particularib⁹. ... cū caliditate ⁊ rationis ꝑmixtionē ... tas ⁊ signa apostemati oportet vt ... tur vehementer ⁊ qñ necessaria est ... ipsius redeat ratio ⁊ qñ oportet vt caput ... cruce cauterizet si nihil aliud cōfert. Et ex eis ... ferentibus est vt fundat sup capita ipsorū ... dū ⁊ capitū ⁊ multotiens sanat eos ... bunt ⁊ cōedūt ipsum diebus aliquibus sicut ... quo alio fructuū et dulcibus inter ea que ... faciunt nō apparere.

De stoliditate ⁊ amentia. Cap. xi.

Differentia inter ꝑmixtionē rōnis ⁊ stoliditatē ⁊ amētiā q̄uis sunt duo impedimenta ... ⁊ sit causa faciens contingere vtrāq̄ similiter in ventre medio cerebri est q̄ ꝑmixtio ... sio in operationibus cogitationis secundū ... Stoliditas vero ⁊ amentia sunt lesio secundū diminutionē: aut destructionē ⁊ dispositio ... ipsius. Et ea qdē iā sciuisti q̄ ipsa operationes ... ¶ Huiusmodi aūt egritudinis cause aut sunt frigiditas pura aut cū siccitate cōprehendēs sup ventrē medium cerebri in longitudine dierū ⁊ spaciis: aut frigiditas cū aliquo phlegmatico in vacuitatib⁹ vasorū cerebri. ... causa in hoc nō est nocumentū ex frigiditate ... liditate nisi qm̄ hoc nocumentū est destructio ... nis. Quoniā caliditas est faciens cogitationē q̄ est ... ex motibus spiritus quo mouet ab anteriori parte cerebri vsq̄ ad eius postremā ⁊ ecōtrario. Et caliditas ... dē eleuat motus ⁊ iuuat ipsam. Et frigiditas ... sam. Qua propter posita est cōplexio huiusmodi ... tis cerebri declinis ad caliditatē ⁊ posita est ... fit ei reditus ab imaginatione ad memoriā. ... iam sciuisti imaginationē ⁊ memoriā ⁊ locos ... quiē egritudo curat calefactione cerebri ⁊ humectatione ipsius si fuerit cū siccitate aut resolutione ... ipso ⁊ euacuationib⁹ cū medicinis magnis ⁊ ... facto cū oxymelle squillitico aut semine ... unt a ma ⁊ os vt ex illo ꝑueniat ad ... dicinis sibi ꝑprijs sicut diamuscū ⁊ ... musera ⁊ his similia. Et nō oportet vt prolōgemus sermonē in hoc capitulo. Iam enim sciuisti modū huius regiminis in canonibus in eo qd̄ scripsi... qdem vt hospitiū eius domus luminosa fiat ... ter qdem vigilie ⁊ sabara ⁊ subtilitas cibi ⁊ ... ipsius ⁊ declinatio ad cōplexionē siccioremi ⁊ ... tionem sanguinis ad temperandam ipsum ⁊ ... ipsius ⁊ calefactio eius. Iā q̄ non sit vehementer ...

nis ⁊ calefactio. Jmo sit caliditas subtilis non feruens. Hec enim ex eis est que rectificant sensum ⁊ mundant spiritum. ¶ Et nihil est magis inimicum sensui quam repletio ex cibis ⁊ humiditatibus: ⁊ siccitas nocet sensui non vnde est diminutio: sed vnde est superfluitas in velocitate motus: aut vnde est paucitas spiritus vehementer: aut eius resolutio cum aliquanto motu.

De corruptione memorie. Cap. xij.

Ipsa est comparanda stoliditati nisi quia est in posteriori cerebro quoniam est diminutio in aliqua operationum posterioris cerebri aut destructio in ea. Et eius quidem causa prima apud. S. est frigiditas aut pura aut cum siccitate ⁊ non imprimitur in illa similitudo aut cum humiditate ⁊ non seruat quod impressum est in ea. ¶ Sed si est cum siccitate significant ipsum vigilie ⁊ insomnietates. Nam seruat res preteritas ⁊ non est potens seruare res momentaneas illius hore. Et si est cum humiditate significat eam subet ⁊ quod preterita penitus non seruat. Et solum seruat ea que sunt illius hore ⁊ momentanea spatio maiore quam preterita. ¶ Et si fuerit illic frigiditas pura erit stupor ⁊ vertigo. ¶ Et fortasse erit ex siccitate cum caliditate ⁊ erit cum eo permixtio sensus. Et illud quidem est aut in illa parte cerebri ipsius aut in ventre ipsius: aut in vasis. ¶ Et quandoque fit propter humores ⁊ malitiam complexionis ipsorum peruenientem ad cerebrum. Et quidem antiquorum iam diterminit hoc ⁊ est ex eis que edificata sunt repente. Et obliuio quidem ⁊ corruptio memorie secundum plurimum non accidunt nisi ex frigiditate ⁊ humiditate. Aliquando fit ab apostematibus cerebri ⁊ proprie frigidis. ¶ Scias quod obliuio quando accidit cum sanitate minatur egritudines cerebri propinquas sicut apoplexiam epilepsiam ⁊ litargiam.

Signa. Cap. xiij.

Potest ⁊ cognoscas illud ex canonibus predictis ⁊ non iteres eos in omni hora.

De cura. Cap. xiiij.

